gno qō ingredief. Etsi fuerit in. 29. gradu adhuc vis exist ipsius in signo in quo manet. Eo q planete i trib⁹ sit gradib⁹. virt⁹ grad. sdlicz in quo est: r vno grad. ante ipsiz: ac vno post eiz. ¶ Si petit planeta coniunctionem secundi r anteq̄ sint iūcti transit secundus in signum secundū: fugatq̄ primus planeta ante se ipsum: r attingat in loco illo r non coniungatur ei anteq̄ alioz attingat planetā: ꝓficief res quesita post desperationem: si respicit planeta planetā: planetam secundum ex eius loco mutatū: aut ide attingere planete lesionis nō damnificabit: eo q aspectus corpis cōiunctionem nō perturbat. ¶ Si planeta fuerit cum eius natura augmentabit virtus eius. Si vero cū contrario debilitabitur. Sicut sa. in domo frigida r sic ca: Planeta recept⁹ si fuerit fortuna augmentat fortitudo sua. Si vo malus diminuetur ex eius malo. ¶ Pl̄a si non fuerit in locorum aliquo sue potestatis r ipse fuerit in domo. 6. aut. 12. tūc fortunabitur ibi. ¶ Planeta si fuerit sub radiis: r sit de superioribus omnino virgore caret: r similiter in inferioribus nec adeo magnū: vt ♄ est ifortuniaz retrogradari. ¶ Planeta significator rei retrogradus si dirigatur significat partez rei. Et similiter si fuerit sub radiis solis r egrediatur ab eis. Si fuerit planeta in puteo: sitq; fortuna diminuetur ex eius bono. ¶ Si vero malus addetur malum malo. ¶ Planeta fortuna si in octaua extiterit domo neq; bonum: neq; malum denotat. ¶ Si autem illic malus fuerit: malum denotat perfectum. Si fortitudo duodecime fuerit in bono loco planete: tunc augebitur bonum. ¶ Si planeta fuerit in signo fixo denotat omne fixum stabile. Et si fuerit in mobili transmutabitur illud. Et si fuerit in cōmuni significat partim rem stabilē: partimq; mutabilem. ¶ Si fuerit planeta recipiens vim in malo loco: denotat malum. ¶ Si fuerit dom⁹ ascēdentis in domo sui occasus nō erit voluntatis intense in quesito. ¶ Planeta si cōiungatur bonis r malis apparebit fortitudo natura. Si dns ascēdentis dederit vim domino domus rei quesite percipietur quesitum ad votum. Si vero ꝓtrarium adfuerit: erit res nō sine labore. ¶ Si fuerit planeta prohibens: inter eos: significat separationē inter querentem r rem quesitaz. ¶ Si fuerit domus absentis recedens a domo rei quesite: rememorabitur eius desiderium. ¶ Si nullus planetarum lunam aspiciat: denotat hic pigriciam. ¶ Si plures lunam aspiciant se iuuabūt rem in prosequendo plures. ¶ Planeta si obstulerit lumen a domino descendentis ad dominum quesiti: perficietur illud mediatoris ope. ¶ Planeta dominus ascēdentis: si fuerit in sua triplic. r domini signoriz triplic. ipsum conspiciāt plures aderunt adiutores. ¶ Planeta si vt diximus de redditu luminis extiterit: significat rē post indubitanter existere. ¶ Si fuerit significator ex gñe pulsationis fortitudinis significat rem ad votum perfici. ¶ Si fuerit significator ex pulsationis genere potestatis: rez denotat alij detegi. ¶ Significatoris testimoniū si fuerit ex genere pulsatiōis: nulla in re gaudium protendit magnum. ¶ Testimoniū significatoris ex genere pulsationis ioiarum naturaz significat querentis gaudiuz: r illius de quo queritur. ¶ Testimonium significatoris si fuerit ex genere rectitudinis in omnib⁹ rebus finem bonum significat. ¶ Testimonium significatoris si fuerit ex obliquationis genere: significat rem omni-

ti. ℂ Si testimonium significatoris erit ex prohibitionis genere: significat destructionem rei post spē. ℂ Testimonium significatoris: si fuerit ex genere refrenationis: denotat res accitas rem disturbantes. ℂ Testimonium significatoris si ex genere fuerit redditus cum detrimento: significat querentem questionis penitere. ℂ Testimonium significatoris si fuerit ex genere interpositionis: denotat rem emergentem eius quesitum abscindentem. ℂ Testimonium significatoris ex frustrationis genere: significat querentem eius questionē dispendium. ℂ Si vero fuerit ex genere abscissionis luminis: significat dominē suum quesitum destruentem. ℂ Testimonium significatoris ex largitionis genere si fuerit: significat dominem qui sibi bonum fecit. ℂ Si autem retributionis: significat ipsum alijs adhuc benefacturū. ℂ Si vero ex genere receptionis vni⁹ significatoris ad aliū: figit apparitionem rei incogitate. ℂ Si autez ex genere liberalitatis significat querentez ꝛ quesitū se inuicem diligentes. ℂ Testimonium significatoris ex bayç genere: denotat omne bonum paratū inesse. ℂ Si autem ex genere mediationis: denotat bonum esse venturum. ℂ Testimoniū autem significatoris ex principatus genere: significat omnem statum bonum ꝛ sublimē.

PLanete septem testificant in suis locis orbium. ℂ Si fuerit planeta in eius domo est velut vir in sua domo. In honore autem suo est sicut quis in sublimitate sui status. ℂ Planeta in domo sua: velut vir in sua sede. ℂ In triplicitate vero: sicut inter suos propinquos. ℂ In facie: vt in eius ornamēto ꝛ vestimētis. ℂ Planeta quādo est in auge propria: velut quis est in suo equo. ℂ In bayç sicut ppositus sibi. ℂ Planeta in opposito bayç ē sicut ille qui non est inconuenienti ei. ℂ Qui vero est in occasu sue domus est sicut ille qui cōtrariatur sibi ipsimet. ℂ Planeta in loco in quo omnino caret domino: est vt quis extra suam patriam. ℂ Planeta in domo oppositionis augis est vt descendens ab eius dignitate. ℂ Qui autem sub radijs solis: velut existens in loco carcerum. ℂ Cōbustus: vt mortui indicatus. ℂ Stās ad retrogradationem: est vt trepidatus pter mala timens futura. ℂ Retrogradus: vt reuertens: ꝛ reuellans. ℂ Stationarius in statione secunda vt in bono sperans. ℂ Tardus cursu: vt fessus cursu itinere impotens. ℂ Planeta velox: vt iuuenis currēs. ℂ Orientalis sicut eius adimplens desiderium. ℂ Occidentalis: vt vir piger. ℂ Planeta i corde solis: vt sedens cum rege infimus sede. ℂ Aspiciens: vt voluntatez suam vir querens. ℂ Planeta separans: est vt rei penitens. ℂ Planeta in angulo vt vir in eius loco. ℂ In succedenti: vt sperans. ℂ In cadenti: vt se ex eius loco transmutans. ℂ Planete vniti: vt duo sūt ꝛ sortiati. ℂ Qui se ferili aspiciunt aspectu: vt duo potentes infimul amicitiam. Aspectu trino vero: vt duo sunt viri equales naturis. ℂ Quarto autem: vt duo sunt sibimet querentes dominari. Cum sint in oppositō aspectu: velut duo fortiter preliantes.

PLaneta in ascendente: que dom⁹ est prima: vt paruulus est matrū egrediens vterus: aut res in fir. vel in eius operatione. ℂ In domo secunda: vt vir in domo suoꝝ auxiliatorum. ℂ In tertia: vt frēs ei⁹ visitans. ℂ In quarta planeta: vt in domo parentum aut in propria terra. ℂ In quinta: vt

in sua mercatione ⁊ letitia. ¶ In sexta vt debilis fugiēs. ¶ In septima: vt vir ad prelium paratus. ¶ In octaua plane ta: vt vir in timorem delapsus ⁊ tremorem. ¶ In nona vt cadens ab eius loco: vel remotus a sua dignitate ac magisterio. ¶ In decima planeta: vt vir in sua potentia dignitate ac magisterio. ¶ In vndecima vt in amicorum domo ¶ In duodecia vt vir i domo carceris

¶ Capitulum nonum est in partibus planetarum ⁊ aliarum partium ⁊ sunt nonagintaseptem.

PArs lune accipit a loco sol' i eius signo per gradus equales in locum lune in suo signo. Et qō prouenerit additur super gradum ascendentis. Et ejicit ab ascendēte. ⁊ vbi ceciderit: illic pars erit. Et vō hic pars fortune. Et ita faciendum est si fuerit natus in die, Si vero nocturna accipitur a loco lune in locum sol. Et quod prouenerit additur super horoscopi gradum. Et vbi ceciderit erit pars fortune. Et ista est antiquorum sentētia. ¶ Sed Ptolemeus aduersatur illis: eo q; dicit semper debere accipi distantia loci solis in lune locū siue fuerit in die siue in nocte: dicens recte. Sicut nāq; proportio est ascendentis ad solē: ita est proportio partis fortune ad lunam. Et in hoc dicit ascelis lune. ¶ Dicit autem vnus sapientum indorum: vt messahalach in eius libro experimentorum: partem celati esse in nocte fortiorem parte fortune: ⁊ ipse reuertitur in opinionem Ptolemei neq; rem perpendit. ¶ Et ista pars fortune denotat corpus. vitam substantiā: profectū. bonam famam. ⁊ operum omnia initia. Et quod in hominis est cogitatione.

¶ Pars sol' accipit a locō lune in die in locum solis: ⁊ additur quod prouenit sup ascendētis gradum: ⁊ tunc locus partis reperies. ¶ Et hic pars of celati. ¶ Et si fuerit nat̄. nocturna accipitur a loco sol' in lune locum. Et quod prouenerit additur supra gra. ascēdētis. ⁊ sic partem inuenies. Et ista est antiquorū sententia. Sed Ptolemeus dicit equaliter in die ⁊ nocte accipi esse: ⁊ est ver. ¶ Et hec pars significat super animaz: dei obsequium: ⁊ omne occultum ⁊ celatum. ¶ Pars saturni: accipitur loco sa. distantia in gra. partis fortune. Et additur super gra. ascēdētis. Et proiicit' deīn erit: si fuerit nat̄. diurna. In nocturna vō ēcōtio. Et pars huius denotat profunditatem cogitationis cultum terre. perditionem. latrocinium. paupertatem. carcerem. captiuitatem. ⁊ mortem. ¶ Pars iouis in die accipitur distantia partis celati in iouem: ⁊ additur sup gra. ascendētis. In nocte vero accipitur econtrario. Et denotat veritatem: mām: sapientiam: honorem: nomen bonum: ⁊ substantiam. ¶ Pars martis accipitur ipsius distantia in die in partem fortune: ⁊ additur gradus ascēdentis. In nocte vero econtra. Et vbi ceciderit erit hic pars. Et significat vim: iram. baroniam: festinationem. callidita tem: ⁊ deceptionē. ¶ Pars ve. accipitur a parte fortune in partē celati in die In nocte vero econtrario. Et additur ascelis: ⁊ illic pars erit: ⁊ designat amorem: gaudium: delicationem: comestionem: potationem: appetitum: et coitum. ¶ Pars mercu. in die accipitur a parte celati in partem fortune. In nocte ecōtrario. Et proiiciatur ab ascendē te. Et significat paupertatē. odium: rācoē: minutum redditionem: scientiam: omnemq; sapientiam.

¶ Hec sunt partes duodecim domorum.

Prime dom⁹ sunt. 3. partes: vna pars vite. ⁊ accipitur a ioue i sa. in die. In nocte vero econtrario. Et pij citur ab ascendente. Scōa est ps suppositi ⁊ pulchritudis. ⁊ accipit in die a parte fortune in partem celati: ⁊ eōrio in nocte ⁊ pij. ab ascīte. ¶ Tertia pars est rationis ⁊ sensus. ⁊ accipitur in die a mercurio in martē. Et in nocte sumitur econtrario. ¶ Domus scōa. 3. habet partes. Una substantie: ⁊ accipitur in die ac nocte a domino domus scōe in principium domus secunde equate sm loci latitudinē: ⁊ proijcit ab ascēdēte. ¶ Scōa mutui ⁊ accipit in die ⁊ nocte a parte sa. in mercu. ⁊ proijcitur ab ascendente. ¶ Tertia inuentionis accipitur in die mercu. in venc. Et in nocte. ⁊ econtra. ⁊ proij. ab ascenden. ¶ Domus tertie. sūt. 3. partes. ¶ Prima fratrū que accipitur i die ⁊ nocte a mercu. in sa. ⁊ pij. ab ascē. ¶ Scōa numeri fratrū: ⁊ accipitur in die ⁊ nocte a mercu. in satur. ⁊ p. ab ascen. ¶ Tertia āt mortis fratrum ⁊ accipitur in die a sole in g̃. linee medij celi equate sm loci latitudinem ⁊ in nocte econtrario: ⁊ proij. ab ascen. ¶ Domus quarte sunt. 7. partes. ¶ Prīa patris pars accipit in die a sole in sa. In nocte vo eō. ⁊ pij. ab. a. Et sa. si fuerit sub radijs accipit in die a sole i ionē: in nocte eō. ⁊ p. ab a. ¶ Secunda mortis patris accipit in die a sa. in iouem: in nocte vero econtra. ⁊ pij. ab ascend. ¶ Tertia pars prīs accipit in die a domino domus sol in sa. Sed in nocte econtrario. ⁊ proij. ab ascē. Si fuerit sol i domo sua: aut in aliq̄ domorum sa. accipitur in die a sole. In nocte aūt econtrario: ⁊ proij. ab ascen. Et nō curet si fuerit sub radijs solis. Quarta nobilitatis parentum accipitur in die a sa. in martem. Et in nocte econtrario: ⁊ proij. ab ascen. Quinta terrarum in die ⁊ nocte accipitur a satur. in lunā: ⁊ pbl. ab ascēdē. Sexta cultus terre: accipitur in die ⁊ nocte a ve. in sa. ⁊ pij. ab ascēdē. Septima est pars finis que accipitur die ⁊ nocte a sa. coniunctionis dominū luminariū: si fuerit in medietate prima mensis nat̄. Et si fuerit in altera medietate in dominus oppositionis: ⁊ proij. ab ascē. ¶ Quinte domus sūt. 5. partes. ¶ Quarū prima est pars filioꝝ ⁊ accipitur in die a io. in sa. In nocte vero econtrario. Et pij. ab ascē. ¶ Pars scōa significatiua temporis filiorum siue masculi siue femine. Accipitur in die ⁊ nocte a marte in sa. Et proij. ab ascen. ¶ Tertia filioꝝ masculoꝝ accipit i die ⁊ nocte a luna in io. Et proij. ab ascen. ¶ Quarta pars filiarum accipitur in die ⁊ nocte a luna in ve. ⁊ pij. ab ascē. ¶ Quinta interrogationis si est masculus vel femina: accipitur in die a domino domus sol in lunam: ⁊ proij. ab ascen. ¶ Sexte domus sunt. 3. partes. Una pars infirmitatum: ⁊ impedimentorū. ⁊ accipitur in die a sa. in martem. Et in nocte econtrario: ⁊ proij. ab ascē. ¶ Scōa seruoꝝ accipitur in die ⁊ nocte a mercu. in lunam: ⁊ proij. ab ascen. ¶ Tertia pars carceris: ac captiuationis: accipitur in die a domino domus sol in solem: ⁊ in nocte a domino domus lune in lunam. Et proij. ab ascē. ¶ Septima domus. i 3. hz partes. ¶ Prima pars coniugii masculi ⁊ femine accipitur in die ⁊ nocte a ve. in grad. occidentis. ⁊ proij. ab ascen. ¶ Scōa pars coniugij in nat̄. masculina sm hermetē accipitur in die ⁊ in nocte a sa. in ve. ⁊ proij. ab ascen. Et sm welij sententiam

accipitur in vie a sole in lunaz: ꝛ pij. ab ascen. ℂ Tertia pars caliditatis: ꝛ ingenij virorum erga mul. pars ista similis ē parti coniugis virorum sm weliuz. ℂ Quarta pars medietatis accipitur i vie ꝛ nocte a sole in lunam. ꝛ proij. a ℸ. ve. ℂ Quinta simplicitatis mulieris accipitur in vie ac nocte a luna in ve. ꝛ proij. ab ascen. ℂ Sexta pars meretricij mulierum accipitur in vie ꝛ nocte a ve. in sa. ꝛ proij. ab ascen. Septima ingenij mas. accipitur in vie ꝛ nocte a sole in ve. ꝛ proij. ab ascen. ℂ Octaua ingenij mulierum vel femellarum accipit in vie ꝛ nocte a luna in martez: ꝛ proij. ab ascēdē. ℂ Nona meretricii masculi accipitur in vie ꝛ nocte a sole in ve. ꝛ p/ icit ab ascen. ℂ Decima cubitus accipitur in vie ꝛ nocte a marte in iouem: ꝛ proij. ab ascē. ℂ Undecia amoris: accipitur a luna in martez. ꝛ proij. ab ascē. ℂ Duodecima pars contentionis: ꝛ litis: accipitur in vie ꝛ nocte a marte in iouem: ꝛ pij. ab ascen. ℂ Tertiadecima. ē leuioꝝ pars: ꝛ accipitur in vie ꝛ nocte a sa. in ve. ꝛ proij. ab ascen. ℂ Octaue domus sunt. 5. partes. Prima mortis: accipit in vie ꝛ nocte a gra. lune in principium grade domus equate. sm latitudinē loci terre. ꝛ proij. a loco sa. Et vbi ceciderit pa hic existet. ℂ Scōa abscindentis stelle accipitur in vie a domino ascen. in lunam. In nocte vero econtrario: ꝛ pij. ab ascē. ℂ Tertia ānj piculosi: accipitur in vie ꝛ nocte a sa. in dominū coniūctionis luminariū: si fuerit nat. in medietate prima mensis vel in dominū oppositionis si fuerit in medietate reliqua: ꝛ pij. a. a. ℂ Quarta infirmitatis accipitur a sa. in martem: ꝛ in nocte econtrario: ꝛ proij. a loco mercu. ꝛ illic pars erit. ℂ Quinta angustie accipitur in vie a sa. in mercu. in nocte autem per contrarium. ꝛ p. a. ℂ Nona domus cōtinet. 7. partes. Una itineris accipitur in vie ꝛ nocte a domino domus: none in principium domus. none equate sm loci latitudinē: ꝛ pij. ab ascenden. ℂ Secunda itineris aquatici: accipitur in vie a sa. in. 15. gra. cancri. In nocte vero econtra. ꝛ proij. a. Et si fuerit fatur. in gradu iam victe erit pars ascenden. ℂ Tertia simplicitatis religionis accipitur in vie a luna: in nocte in mercurij aut econtrario. ꝛ p. a. ℂ Quarta sapientie: accipitur de vie a sa. in iouem. Et in nocte econtrario. ꝛ p a loco mercu. ꝛ illic pars est. ℂ Quinta scientie: accipitur in vie a sa. in iouem. in nocte econtrario: ꝛ p. a. ℂ Sexta rumorum nouoꝝ accipitur in vie a sole in iouem: ꝛ in nocte econtrario. ꝛ p. a. ℂ Septima rei si est ita aut non. accipitur in vie ꝛ nocte a mercu. in lunam. ꝛ p. a. ℂ Decime domus sunt. 11. partes. ℂ Prima regni accipitur in vie a marte in lunam: in nocte autem econtrario: ꝛ p. a. ℂ Secunda victorie accipitur in vie a sole in sa. ꝛ in nocte per contrarium. ꝛ p. a. ℂ Tertia consilij accipitur in vie a mercur. in martem: ꝛ in nocte econtrario: ꝛ p. a. ℂ Quarta liberalitatis: accipitur in vie ꝛ nocte a mercu. in solem: ꝛ p. a. ℂ Quinta principatus accipitur in vie a sa. in partem fortune. in nocte vero econtrario. ꝛ p. a. ℂ Sexta operis accipitur in vie ꝛ nocte a sa. i lumā. ꝛ p. ab a. ℂ Septima operis manuum: accipitur in vie a mercu. in ve. Et in nocte econtrario. ꝛ p. a. ℂ Octaua operis futuri accipitur in vie a sole in iouem: ꝛ in nocte econtrario. ꝛ p. a. ℂ Nona mercancie in vie accipitur a parte electi in partē fortune. In nocte vero econtra. ꝛ p. a. ℂ Decima celsitudinis accipitur in vie a sole in gra. honoris ejusdem: ꝛ in nocte a

7 pars mortis.

luna in gra. sui honoris: vel luna de nocte: in eodem gra. est pars ℊ. ascendentis. ¶ Undecima pars matris: accipitur in die a ve. i lunā. In nocte vero e3. ⁊ p.a. ¶ Undecie domus sūt. 10. ptes ąp̄ p̀ma amati: accipiť i die a pte fortūe in partem celati: ⁊ in nocte econtrario: ⁊ pro.a. ¶ Scōa solercie accipiť in die a parte fortune in solē: ⁊ i nocte ecōtrario: ⁊ p.a. ¶ Tertia profectus: ⁊ accipiť in die a pte fortune in Jo. quidez in nocte ecōtra. ⁊ p.a. ¶ Quarta spei: accipiť in die a Sa. in Ue. In nocte vero econtra. ⁊ p.a. ¶ Quinta ampliationis loci: accipitur in die ⁊ nocte a luna i mercur. ⁊ p.a. ¶ Sexta libertatis anime: accipitur in die a Merc. in Jo. ⁊ in nocte ecō tra. ⁊ p.a. ¶ Septima laudis: accipiť in die a Jo. in Ue. ⁊ in nocte econtra. ⁊ p.a. ¶ Octaua pars desideri: accipiť in die a pte fortune in partē celati: ⁊ in nocte econtrario. ⁊ p.a. ¶ Nona mobilitatis: accipitur in die ⁊ nocte a pte celati in Mercu. ⁊ p.a. ¶ Decima sodalium accipitur in die ⁊ nocte a merc. in lunā. ⁊ p.a. ¶ Duodecime domus sūt. 2. partes. Una inimicorum accipitur in die ⁊ nocte a domino domus. i 2. in p̄ncipio domus duodecime equate fm loci latitudinem. ⁊ p.a. ¶ Scōa pars accipitur ℔ sinaz Hermetis in die a Satur. in mar. in nocte quidez e3rio. ⁊ p.a. ¶ Et partes domoz in vniuerso sunt. 71.

¶ De ptibus in seipsis singularibus a predictis que sunt nouem.

Prima pars numeri annoz vite. Et respice si nat. fuerit in medietate prima mēsis. Tunc accipe distātiam gra. coniūctionis luminariū in hazboza nat. ⁊ p.a. ¶ Si āt fuerit nat. in reliq̄ medietate mēsis: accipiť a gra. oppōnis luminariū i lunā: ⁊ p.a. ¶ Secunda impedimenti corporis accipitur in die a pte fortune in martem. In nocte vero econtrario. ¶ Tertia retardationis: accipiť in die ⁊ nocte a gra. martis in principium domus tertie equate fm latitudinem loci. ⁊ p.a. ¶ Et vicit Hermes conueniētius foze vt accipiatur a pte amoris in mercu. ⁊ p.a loco solis: ⁊ vbi ceciderit illic erit ps. ¶ Quarta fingentij accipiť in die a mercu. in partem celati: in nocte econtrario. ⁊ p.a. ¶ Quinta pars loci: accipitur in die ⁊ nocte a Sa. in martem: ⁊ p.a loco mar. ¶ Sexta insidie: accipitur in die a marte in solem: ⁊ in nocte econtrario. ⁊ p.a. ¶ Septima veritatis: accipitur in die a mercu. in martem: in nocte q̄dem e3rio. ⁊ p.a. ¶ Octaua fortitudis accipiť i die a sa. i lunā: ⁊ i nocte e3rio. ⁊ p.a.a. ¶ Nona intersectōis: accipiť i die a oppo ascēdē. i lunā: ⁊ in nocte e3rio. ⁊ p.ab a.

¶ De partibus necessarijs in reuolutione anni.

Partes hui9 necessarie sunt in reuolutōe anni coniūctōis magne in sciendo esse regum quoad sint regnaturi. Et eis quidez est victa pars regni ei in anno mundi necessaria: accipitur in die a marte in lunā. ⁊ p.a. in anno reuolutionis p̄iunctionis denotantis gēs tis transmutationez. ¶ Sunt ⁊ nōnulli aliter extrahentes partem huius. Accipiūt enim a gra. as. in cōiunctionē anni reuolutionis: aut in gradu coniūctionis. ⁊ p.a gra. as. in reuolutōe anni. Aliter autem ⁊ alij: vt accipiať a gra. linee medij celi: versus locum sol ad lineam medietatis celi versus reuolutionez anni. ⁊ p.a loco Jouis. ¶ Pars nūeri dierum regum accipitur in anno elemanonis regis a sole in. 15. gra. leonis: ⁊ p.a

loco lune: ⁊ ide accipitur a loco lune in 15.gra.cancri: ⁊ p.a loco sol. ¶ Et est sciendū huius partes cadere semper in domos planete vnius. Et si cadat pars in domum vnius luminaris: cadet secunda in domum luminaris alterius.

¶ Pars in anno intronizatiōis regis accipitur in die a Ioue in Sat. ⁊ nocte econtrario. Et p ab af. revolutionis anni. ¶ Iupiter autē si fuerit in signo cōi siqz revolutio diurna: ⁊ i domo lapsa: accipitur a Sa. in Ioue. ⁊ addit supra distantiam. 30. gra. ⁊ proij. ab asce. Et si fuerit Sa. oppositus Jo. sintqz ambo in domibus lapsis: accipitur medietas distantie inter illos. ⁊ p. ab af. ¶ Et si fuerit iupit̄ l domo sui honoris: siqz revolo nocturna: accipit ab eo l sa. ⁊ p.a.

¶ De partibus magnis.

PArtes magne sunt due. Quaruz vna vt respicias in anno intronizationis regis: vbi locus attingit conjunctionis triplicitatē precedētis intronizationem regis: dādo omni anno. 30 grad. ⁊ quibuslibet duobus gradibus cum dimidio mensem vnum. ¶ Et cū scieris quem illic attingit gra. isto numero prima equabis partē. ¶ Scias revolutionem anni intronizationis regis: ⁊ respice Sa. aut iouem quis illoz fuerit orientalis. Accipeqz distantiam inter eos in principio revolutionis ānī: ⁊ gradum antedictum: illic enim equabis partem. Et q̄ prouenerit proijce ab af. in principiuz revolutionis anni: ⁊ illic pars erit. ¶ Scōa pars: vt aspicias Sa. aut iouem quis eorum fuerit occidentalis: in hora revolutionis anni. Et accipe distantiam inter ipsum ⁊ gradū precedentem quo partem equasti primā. ⁊ quod prouenerit proijce ab af. revolutionis anni. ¶ Pars pluuie accipit in die a gra. coniunctionis luminarium in gra. lune: ⁊ in nocte econtrario. ⁊ p. ab af. mane vel vespe: ⁊ vbi complebit numerus illuc p̄s cadet. ¶ Et si fuerit planetarum aliq̄s inferiorum cuz hac parte in aliquo angulorum: sciendum est q̄ cum luna istius planete locum attigerit: tunc pluuia aduenier: ⁊ ℔ in omni regione in qua dominatur signum vbi est luna. Sed Hermes inquit omni die fore accipiendaz a sol̄ loco in locū Sa. ⁊ quo puenerit proijcere in mane a loco lune: ⁊ ibi pars erit: ⁊ est ℔ expertuz Et si ceciderit pars in altera domorum Sa. aderit frigus. Et si in aliqua domorum Jouis ventus validus. In domo autem lune nebulositas aut pluuia. In domo quidem solis aer purus existet. ¶ Pars rei si erit aut non: accipe distāntiam inter solem ⁊ dām horē fm loci latitudinem: ⁊ multiplica per. 60. ⁊ aggregatum divide per. 12. et q̄ remanserit ex divisiōe adiunge distantie ante dicte ⁊ totum excrescens proijce a loco dāi horē: ⁊ illic pars erit.

¶ De partibus in sciendo quādo erūt chare vel viles quas accipies ista via.

REspice locum partis: etiaz quis est dās domus eius: si est retrogradus aut combustus: aut in domo cadenti a gra. ascendentis in revolutione anni. tūc enim erit vile omne ipsius denotatum parte. ¶ Et si fuerit dominus domus partis sortis: ⁊ melius ad hoc si fuerit in linea medij celi: igit̄ chara rum erit. Et cum attinget dās domus partis ad exaltationē sui: carius erit. Et si fuerit in dedecore suo erit contrariū. ¶ Et si aliqua fortunarum partez aspiciat erit multiplicatum q̄ parte notatē. Si vo malus parū denotabit ⁊ dēstruet.

¶ Persecutio ptiuz ipsaz.

Pars aḡ accipit a lūa i ve. Pars frumenti a sole in martē. Pars ordei a luna in iouem. Pars pisoruz a ve. in solem. Pars lenticularū a marte in sa. Pars fabe a sa. in martē. Pars lactis a sole i ve. Pars mellis a luna i solem. Pars milij a Jo. in sa. Pars olirum a mercu. in lunā. Pars vuaz a sa. in ve. Pars ḡoti a mer. in ve. Pars abathece a mercu. in sa. Pars acetoſorum ſaporum a sa. in martem. Pars ſaporū vulcium a sole in Ue. Pars ſapoz acutorum a marte in sa. Pars ſapoz amaroꝝ a mercu. in sa. Pars radicū medicinalium a marte in lunam. Pars letalium potionum a caput draconis in Sa. Et in omnibus iſtis partib⁹ fit ab aſcendente proiectio.

¶ De cā extractiōis ptiū.

Partes autem antedictas duplici de cauſa extrahere antiq. Una quidem q; fit cōmixtio vnius planete cum alio modis pluribus: tam in coniunctione q̄ in aſpectu: tunc q; bonum aut malum ex eoꝝ apparebit mixtura in eunctis locis t horis. Quia vero magis indigere partis fortitudine eſt illa que a duobus accipitur planetis eādem rationē denotantibus: ſicut Sa. t ſol. ambo enī ſignificant patres. Sicq; noſtra intereſt ſcire inter eos diſtantiam in omni hora: vt ex ꝟ eſſe parentū cogniſcatur. ¶ Scōa q̄ſi omne planetis denotatum duobus aut tribus eget teſtimoniis. ¶ Poteſt tñ de teſtimōio ſuſpicari: q̄ſi vnius planetarū fuerit nocturnus: t ſecūdus diurnus eo q; ſcōs tūc erit fortior primo. Uel q; vnus rei ſignificet principium: alius vero finez. Et ideo nos oportuit partes extrahere.

¶ Partes autez generis ſunt triplices. ¶ Illarum enim due quidez ſunt fixe. Tertia vero cōmutatur. Altera vo fixarum eſt a quo pars accipitur: t ſecūda in quod. ¶ Eſt autem tertia circa gradum aſcendentis: t ipſa mobilis: mutatur enīz in puncto omni. Et partes nos proiicere oportet ab aſ. eo q; operū dei notat initia. ¶ Et itidem proiicimus a principio domus ſignificantis rē queſtam. Et accipiūtur per gradus equales eo q; planete tranſeunt per viam circuli ſignoꝝ: q̄ſi cum dicitur talem planetam eſſe in tali ſigno: t in tali gradu: t iterum tale aſcendens ſigni talis: totū eſt gradibus equalibus referendus. Et ideo iſtas ptes per gradus extraxerunt equales. Sed gradus aſcenſionuz: q̄ſi ſunt gradus ſupremi orbis criſtētis ſupra circulum ſignoꝝ. Eo q; mouetur ſignoꝝ orbis ſuper. 2. polos eius: iō computat per gradus equales omnes aſpectus in oppoſitum circuli ſignoꝝ.

¶ Et antiqui erpti ſunt: ſic eſſe in natiuitatibus: interrogationibus atq; electionibus: quādo luna dederit vim alicui planetarum per gra. equales: ſm vigorem aſpectus: t apparuit eoꝝ verificari iudiciū in oī hora in aſpectu q̄rto tertio t ſexto: t iſto modo erpientiā accepimus. Et itidem cum multis iſtis erpti fuerim⁹ ad pūctualitatē ꝓuenim⁹.

¶ Capitulum decimuz in aſpectibus t ductiōibus.

Aſpectus aūt t directiones ſciēduz ſir. 2. modis. Unus exiſtit luminis aſpectus: cū numero aſcēſionū ſignoꝝ: in qualibet regione climatū. Secundus in numero gra. ſignoꝝ. Et huius ſunt equales in omni regione. ¶ Et ſi fuerit planeta in gradu aſcendentis dirigas ipſum ſm ſignoū aſcēſiones: que mutatur vbiq; ¶ Et ſi fue-

rit ſm principios septime domus dirigas eum econtrario gradus planete: ideſt gradus suo gradui oppositus. ¶ Et ſi fuerit in initio medij celi: aut i initio domus quarte dirigas ipsum per aſcensiones signorum in circulo ducto. Et ꝟ eſt Hermetis sententia. ¶ Et modus secundus ſm sententiā sapiētū in signis: eſt vt dirigas omnem planetā: aut oēz partem quā oportet dirigere: vbicūqz fuerit in orbe per gra. equales in oppositum circuli signorum: nō autem in oppositum circuli equalitatis. ¶ Et ꝟ experti sunt sepe: z infinicies fere: z verum inuenerunt. Sic igit oppositionis aſpectus exiſtet semper. 180. trinus. 120. quartus. 90. z ſextus. 60. z omnes gra. sint equales. ¶ Hoc autem verum vbi ſtella latitudinez habuerit ab imaginatiōis orbis cinctura. ¶ Et ſi latitudo ſi bimet modicū impeditur. Et ꝟ modo dixit Albategni i libro suo: z oēs antiqui ac moderni. Et causa huiꝰ directionis eſt. Quia cum duxeris planetaz per gra. ad corpus planete: aut aſpectus sui luminis: vt sciatur quot fuerint āni inter eos per directiones sciētur: bonum omne ac malum venturum regibus: z victoria regnorū gentis: gentis ad gentem: ac gentis ad aliam. Et transmutationes quibus mundus transmutatur cōmuniter: ac proprie a malo in bonū: aut a bono in malum.

¶ De ductionibus.

DUctiones. 5. modis fiunt. Primo vt sciatur eſſe mundi in cōi: ſicut aque diluuij que mundum veſtrum terunt: aut eſſe climatum: ſicut bella: z renouationes legum. Et erit mundus in poteſtate signi. 1000. annis. Et pars anni huius directiōis eſt .i. minuti. z. 48. ſcōoꝝ. ¶ Ductio autem secunda eſt in fra ductionem millenariorum. Et ſignificat omne qđ contingit cuilibet genti ad gentem: z angulo cuiqz ad angulum: z permanet mundus in poteſtate signi: 100. annis: z pars anni huius directionis eſt. 18. minutorum. ¶ Tertia eſt infra ductionem centenariorum. Et denotat omne qđ innouat in omni regione: z particulari regione: z progenie: z erit mundus in poteſtate cuiuslibet signi. 10. annis. Et ſic quilibet homo eſt in poteſtate signi. 10. ānis: vſqz ad terminū. 120. annorum. Et pars anni vnius in hac ductiōe eſt. 3. gradus. ¶ Et modus quartus ductōis ē dictus firdaria. Et ꝟ modo duxerūt in rebus mūdi. Et incipias a quolibet planeta: cuius domus eſt antiqua in oppositū arietis signi. Sed ſi fuerit nat̄, diurna: accipitur a ſole. Si autem nocturna a luna. Et in vniuerſo numerus annorum temporis firdarie eſt. 75. ¶ Quintus aūt eſt vnitatum ductio in rebus mundi vt sciat̄ omne futurum in quolibet anno. Et itidem natus erit in quolibet anno in poteſtate signi. Et dicatur signum reditionis in idē: z perficitur in. 12. annis. Et vnius anni pars gra. continet. 30. Iſti enim ſunt gradus signi.

¶ Et hoc modo debes ducere conjunctionem magnam donec fiat. z iupiter ſe transtulerint de triplicitate: in triplicitatem quousqz reuertantur ad ſuum locū primum. Qđ continget in. 960. annis. Et pars anni. 22. minutorum: z. 16. ſcōoꝝ z. 5. tertiaꝝ. Et iterum cōiunctio media que eſt predictorum transfatio de triplicitate in triplicitatem: qđ erit in. 240. annis. ¶ Et vnius anni pars ē gradus vnus: z. 29. minutorum: z. 4. secundorum. ¶ Et itidē coniunctio parua dicenda eſt: que iam dictorum eſt trāſlatio a signo in signum

per homos triplicitatis. Et ꝺ̄ erit in qui
buslibet. 20. annis fere. ¶ Pars autez
vnius āni est. 28. gradib⁹ fere. ¶ Sūt
t alie adhuc ductiones in nat̄ hominis
t in reuolutionibus annorum mundi:
ꝺ̄ autem est qꝫ dirigere debet a gradu
ascendētis ad corpus stelle: aut ad cius
luminis aspectum ad signū notum: vel
ad gradum cognitum: omni anno vno
gra. ¶ Directio vero partiz est in op-
positum signorum: vt dixit in libro fru
ctuum Ptol. ¶ Completa sunt nunc
huius libi. x. capta. Et ideo illi domino
sit laus qui scientiam ampliauit.

¶ Terminatus est liber principiuz sa-
pientie intitulatus: quē edidit Abrahā
auenare: aut aezera iudeus: q̄ magister
aduocatij appellatur. ¶ Quez quidem
cū Petrus Paduanus intendisset in gal
lico idiomate: propter imperitiaz trās-
ferentis ex hebraico in pluribus defecti
um: corruptez: t aliquando inordina-
te trāspositum: necnon intellectu diffi
nitz prout ei fuit possibile latina lingua
ad Abrahe priorem reduxit intellectuz
bene dictum omne: t textuz: t sententiā
auctoris seruando. Nunc autem pdi
ctus Pe. ad librorz aliorum translatio
nem ordinatur Abrahe vt ad libraz de
rationibus: deinde ad nat̄. t alios: quos
usq; sit auctoris textus t fria in latino.
¶ Cum autem compilatus fuit iste li
ber erant anni a creatione Ade. 4908.
Nunc autem existentibus annis incar
nationis dñi Jesu xp̄i. 1293. sunt an
ni Ade. 5053. t. 8 menses circa.

Liber Abraham filii Hiia de Astrologia
Anno Chri. 1153.

Incipit liber de rationibus Abrahe auenare quez trāstulit Petrus paduanus

In nomine dñi altissimi libum rationū componam. Volo enim nūc ponere fundamentū libro de principio sapientie. Certitudinaliter autem scio creature omnem laborē: vt dei bonorati intersit consilio z timori: sm parabolas agitur. i. Salamonis. Et ego non didici sapientiam: neq; scientiam sanctorum. i. angelorum. Propter hoc dixit quis fuit iste qui ascendit in celos z descendit. hoc enim est dicere q; nescimus scientia certa celorum opus: quoniam ascendit: z in eius descensu fecit homines verba veritatis cognoscere: Unde z deus dixit: Job scis ne celorum constitutiones z certificas: corde: inuestigauerunt generatiōe post generationem: per scalas enim mensurarū scientie anima ipsorum in celos ascēdit. Qō z multotiēs probauerunt: z verum in spiritussancti manib⁹ inuenerūt. Et quia vidimus circulos esse. 7. propter 7. planetas quorum cuilibet proprius est circulus. Et qui perficit cursum suū in diebus paucis est sub illo qui cōplet in diebus multis. qui sphera ē itra sphe ras: z semper altior erit maior/Et quia iterū vidimus q; quando vnus alii planetarum coniungitur: occultat inferiorē superiorem. Et planete occultant signorum stellas. Propter hoc scimus qō exercitus celorum qui est motus magnus quē partiti sunt sapientes signorum in 48. imagines. Et ipse est circa circulos planetarum. Et inuenimus ipm moueri ab occidente in orientem vno gradu in. 70. annis. Cāt q; quottidie vidimus circulū signorum: z. 7. planetarū circulos euntes ab oriēte in occasum in contrariam motus sui. Scimus esse similitudinem circuli superioris supra totum: cuius motu mouetur omne. Et coniungitur in duobus locis: in principio ari. s. z libre cum circulo signorum. Igitur dies adequabit noctē. Et a principio cancri currit in septētrionis partem in contrarium circuli directi in octana: qui motus solis est super lineam signorum. Et ideo eorum quedam sunt appellata septētriōalia: z alia meridionalia. Et scimus esse perfecte probatum sm scientiam hominis esse planetarum. z mensuram circulorum parvorum. Et quanta sit distātia a terra: z vbi loc⁹ augis: z oppositi. Sed in iudicijs signorum non inueniūtur perfecte probationes: sed mīs velut similitudines alique. Et illorum sunt quedam experta. sicut in scientia medicine sunt res contrarie nature. Itidem scientia signorum probate sunt z electe sicut diuiserūt signorum circulū: in. 360. gra. ideo q; in isto numero fractiones existunt multe.

Sermo in ordinatiōe z natura signorum.

Probauerunt quidem sapientes signa non esse ex elementis quatuor cōpositā: sed q; ex per se sit quinta natura. Et filr sol non est calidus: z non dicitur calidus: nisi q; calorē inducit: quē z omnes inducunt stelle illa tñ que partium calorem cāt respectu hominis temperati equalis in eius temperamento dicitur frigida. Et hoc modo est iudicium humidi z ficci. Dixit quoq; dominus noster z antiq; expti su-

mus q; fi fuerit in nat. aſ. ar. ⁊ vbi ſit al mutez nat. lunaq; in ari. aut leone: aut Sa. colera. i. dominabitur i nato. Et totum hac p;ocedit via. Et Jacob alchindi ait. 4 revolutiões ſoꝛ abſq; dubio. Et quia ſol in introitu arietis fiet propinquus habitabili: ⁊ aerem calefaciet: poſuerunt ſapientes ſignoꝛum initium revolutionū de natura calozis arietis. Et ideo dixerunt ipſum eſſe principiū. caloꝛ enim eſt qō opatur: ⁊ eſt vignioꝛ frigido. ℂ Et dederunt vnicuiz revolutionis ſecūde aque. qz calidum opponitur frigido: operatur eniz ſcō. ℂ Terrie autez aeri: eo q; dies equatur nocti. ℂ Quarte vero terre. Et ſic diuiſa ſunt 4. iſta: ita reliqua diuiſerunt ſm viam aſpectus: qm̄ ſigna ſe aſpicientia aſpectum pfecte amicitie ſunt vt natura vna. Et dimidie amicitie: vt nā dimidia. Et ratio eſt: quia erunt vt natura operationis equalis: non autem vt opatio: aſpectus aūt ẽrtus eſt econtrario. ℂ Scōz autem ſcientiam meaz. Poſuerunt ar. calidum ꝓpter ipſius figuram: ⁊ ſimiliter tau. f. fig". ℂ Et gemini calidum: ⁊ non qz ſit imago hominis: Et cancrum frigidum: non qz ſic ſit eius natura. Leonem autem calidū ⁊ ita eſt ipſe. Virginem autez frigidā: et. f. qz fem̄. Sic eā ãt ꝓpter nō aſpicere: ſicut ⁊ ſui ſocij. Libram quoq; in figura hominis in manu eius libre: qz calida eſt ⁊ humida. ℂ Scoꝛpio frigidum ⁊ humidum: ſic eniz eſt. Sagit. calidus ⁊ ſiccus ꝓpter figuram equi exiſtentis in ipſo. Itaq; ipſe aquarius in figura hominis hãtis in manu vrnā. Piſces aūt vt denotãt.

ℂ Sermo in diſtinctiõe ſignoꝛum ſcōm quatuoꝛ partes mundi.

Signus quidē circuliz carere ꝓncipio. Quia tamen equant̄ dies noctibus cum fuerit in ꝓncipio arietis renouatur̄q; mūdus omnis. Poſuerūt itaq; punctum caput ar. initium ⁊ ſolez mane aſcenden. in parte oꝛientis cum capite ar. Et i medietate celi que caput eſt vertruz capꝛicoꝛ. Et in principio occidentis libram. Et cancrum in principio anguli infimi: eſtq; ſeptẽtrionalis. ℂ Et poſtea iſto modo diuiſerūt alia. Ita q; aliozuz quodlibet erit de ſui ſocij natura. ℂ Dixerunt quoq; arietem eſſe oꝛientis medium: quoniam leo eſt ab ipſo in parte ſiniſtra. Sagittarius autem in dextra. de ſignis .n. eſt meridiei. ℂ Et poſuerunt virginem in medietate meridiei: qz libre ꝓpinq;. In fine nāz virginis eſt initium libre. vltimum autẽ tauri diſtat ab ariete. ℂ Poſuerunt quoq; tauri in eius ſiniſtra: qz ſol eſt in parte ſiniſtra: ſicut virginis magis tamen. Capꝛicoꝛ. autem in parte meridiei. quoniam de ſignis eſt meridianis. Libram quidem in medietate occidentis. eo q; eſt cum linea equalitatis. Semini autem in ſiniſtra qz illic eſt ſol in parte ſiniſtra. Sed aquarium dextrum. Et piſcis in medietate ſeptentrionis quoniã ꝓpinquus eſt arie. finis eniz piſcis eſt in principio arie. Non ſic autem ſcoꝛpio: eum a capite deſiſtet libre. ℂ Cancrum quoq; ſiniſtro: ipſe etenim ſic exiſtit. Scoꝛpio vero meridionalioꝛ eſt piſci. ℂ Sapoꝛum ãt ratio ex eoꝛ eſt natura. Quia omne caliduz ⁊ ſiccū cauſat ſapoꝛem fortem. Et ſic de aliis.

ℂ Sermo in cauſa mobilitatis fixionis ⁊ bicoꝛporeitatis.

Mobilia quidem oꝛiunt̄ ſigna. eo q; in ipſis temporus mutetur na

tra. Nā cū sol ingredit arietē erit calida ⁊ ēt būida. postq̄ fuerit frigida ⁊ humida. Et similr cācer. qz removetur humidum ⁊ aduenit illius loco siccū. Sicqz libra. removetur nāqz calidum ⁊ in frigidum mutatur. Ita ⁊ capricor. removetur enim siccum ⁊ aduenit humidū.

¶ Dicuntur quoqz aliqua fixa. Sunt enī loco media. fixat nāqz aer i eis vñ nām. ¶ Dicunt et aliq̄ bicorporeo: sūt enīz in fine nature priotis ⁊ sunt media cum natura aduenienti.

¶ Sermo in longis et brevibus signis.

LOnga autem dicuntur: eo quod ascendat in habitabili vltra. 30. gra. eorum quodlibz. Brevia vero ecō trario. sicut scriptum est in tabulis .I. canonibus.

¶ Sermo in parte magna que ē solis: ⁊ parua que est lune.

AIt iteruz loquar de .B. Quoniam Leo est domus solis. ⁊ cancer lune. Et isti sunt duo luminaria: ⁊ ptēteo: ⁊ istor ciulibet ē dom⁹ vnica. 5. eni planetarum domus sol domum aspiciunt. Et domus illor sunt post ipsius domū. ¶ Contrario vero huius existit cum domo lune. Et ideo est capricor. in parte sol. Et cū aspexeris gradus circuli: in tota habitabili: reperies q̄ a capite leonis ad finem capricor. sunt plures gradus q̄ a principio aquarij ad finez cancri. ⁊ sol vim habet i parte sua: ⁊ luna in sua. sicut planete in suis terminis.

¶ De assignatione cause quarundam particularium naturarum signorum.

SIgna autem quedam dicuntur humana. eo q̄ eorum figure sunt in similitudine hominis. Et similiter sagitta. medietas cuius est prima in specie humana tenens in manu sua sagittam. Et iō significāt vt eorum sūt filitudines Et sapientes imaginū sic sunt experti. Et hoc mō ē eor iudiciū i imagine bestiali ¶ Masculina quidē sunt calida. Semper etenim est masculinū calidius femi. Sunt autem pulchra que in hominis sunt forma. Non tamen aquar. transit domus satur. ¶ Itidem capricor. est vt imago integra. Et similiter piscis. nō sic ari. ⁊ alia. ¶ Que autē sunt in forma hominis sūt cōplete vocis. homo enim simpliciter loquit. bruta nāqz vocem habēt. sed non loquuntur. ¶ Cancer vero scorpio ac piscis voce carent ⁊ loquela: ⁊ ideo sunt muta. Et propter hoc denotant locutionis paucitatem. Fortiū autem leo. vt enim animal illud est forte. Itidē virgo: eo q̄ ipsius est magnū sydus dictuz leonis cauda Leoni nāqz cauda vis est magna. ¶ Aquari⁹ quoniam domus sa. et est vt ipse dominus maxime. Non sic ar capricor. est enīz in parte femini. est qz frigidus. Et satur. fortior planetis omnib⁹. et ideo est altior. ¶ Accidentez cognita sūt experientia sapientum. Et q̄ signa in forma hominis non sunt accidentata. Et sagit. est cum illis. ⁊ hic meo visus est iudicio. ¶ Aquabilium sunt ignea signa. omnia enim per ignem transeunt. Arborum autem est experimentum. ¶ Pluuie in Leone quidem est figura dicta natio ⁊ ideo denotat aquam. Et aquari. propter hauriente aquam. Et ideo quando incipit pluuia ⁊ luna fuerit in altero istorum est magna ⁊ valida valde quod experimento verificatum existit. ¶ Tota ideo qz in tota habitali

minus. 2. horis equalibus conscribunt. ℭ Econtrario autem recta. ℭ Regalia: quoniã natura ignis est vt sit altus: fuerunt ignea signa regibus aut vice eorũ positis attributa. ℭ Aerea autẽ baronibus: aut principibus aut dominis. Aquatica vero mediocribus. ℭ Terrea vero sũt seruientib⁹ assignata ℭ Prophax sunt ignea querentium vt dominiũ. Signa humana sunt temperata 2 principãtia. ℭ Medici autem martis. 2 ve. est participatio in scientia medicine. ideo q̃ maro denotat venerea. Et venus radices habentes humorem bonum. ℭ Et q̃ scorpi. est domus martis: demõstrat igit̃ domus eius. 2. infirmitates: eo q̃ est. 6. ab arie. scor. libra a tauro sicut declarabo. ℭ Dicit enim Ptolemeus q̃ cuius fuerit scorpius aut taurus ascendẽs sue sit egritudinis causa. ℭ Dom⁹ enim serra vt declarabo signat morbos: acchemena 2 mẽbror̃ defectũ. Dominus enim signi ascendentis natũ denotãtis: est dominus acchemenẽ: 2 mẽbrorum defectus. ℭ Balatorum autem virgo: sunt enim in eo stelle alarũ speciem repsentantes. Et filr pisces. ℭ Gemini sunt ventorum signa: quorũ nullum est altius. Est nãq̃ vltimũ septentrionis: non sic quidem cancer. est enim nature aque: aerei aut gemini. ℭ Principium autem signũ posuerunt aquariũ. eo q̃ est domus saturni denotat enim melancoliam 2 diabolorum apparentiam. ℭ Dixerunt autem aquariũ esse in fortitudine: qñ sa. in ipso potentia augef: non autem capricor. Sanctum autem signum mundi. Qñ terra lune propinqua denotat omne futurum in mũdo. Similatur enim in suo lumine infanti cum vterus egreditur maternũ: ipsum nutrit mater sua vsq̃ ad terminum suum: post q̃ lumen eius icipit minorari. Et q̃ cancer est domus eius: posuerunt ipsum signum mundi: eo q̃ omne quod significat planeta 2 domus eius: ℭ Amplius si posuerimus solẽ in principio ar. i medietate celi: vbi fortificat eius virtus: erit tunc ascendens cancer. 2 ideo inspexerunt in omnibus coniunctionibus sa. 2 martis: quibus ibꝫ. 30. annis in cancro. Est enim domus occasus sa. qui est malus maior. Et domus dedecoris martis qui minor est malus Et domus honoris stelle magne que ẽ iupiter atq̃ domus lune. Et ideo si fuerit istud signum in malo aspectu in principio anni: toti malum erit mundo.

ℭ De causa quattuor temporum anni.

NOtum quidez est: q̃ quãdo fuerit sol in. 3. signis primis erit aer calidus 2 humidus: 2 ꝟ in sciendo confert nascentium naturam.

ℭ De cã iterũ quarũdam proprietatum signorum.

QUoniam aries 2 libra sunt recta aliis signis: q̃ vies equatur nocti. ideo rem denotant iusticie 2 domum diuini obsequij. Et oẽ signum ascendens propinquius principio signoruꝫ est melius Et videbis certe cũ ascenderit caput ari. vbiq̃ erit caput capri. domus. 10. initium. Et similiter libra. Luxuriosa sunt ar. 2 taur. 2 Leo inter illos multum appetit. Et figuraꝝ similitudine indicauerunt ita. ℭ Sterilia sunt humane forme: homines enim pauci eos generant: media sunt in bruti forma. ℭ Aquatica autem multos: 2 reos omnes huius sunt valde necessarie in nãt. questionibus: atq̃ electionibus.

ℭ Maris autem signuꝫ est cancer: eo q̃ est domus lune: 2 ipsa denotat aq̃s.

Ideoq; anno omni quo in ♈ fuerit signo sa. dānificabuntur intrātes in mari: ⁊ abundantia piscis in omnibus fluuiis: qz iupiter dominus domus domorum eius est humiditas: ⁊ signum aquarum ⁊ piscū. Et in scorpio. significabit puteos: eo q̄ est aquaticū. Mare aūt siccus ⁊ deficient putei: ⁊ siccabunt antiq̄ flumina. ♈ries aūt quia est principium signorum: posuerunt ipsum capitis habere significatū: q̄ olis nati cuius sigz fuerit in signo ar. cum stella mala sibimet capiti nocumētū: ⁊ ♄ modo diuiserit hominis membra per signa: ita q̄ pisces pedibus dominātur.

♈ De cā duplicis assignationis domoꝝ planetarū.

DIscordia non parua inter sapiētes exiſtit: an venus ⁊ merc. sint supra solē vel infra. Et causa huius est: qm̄ non conuenit ipsos videre cū fuerint sub sole. Et rursus qz vniuscuiusq; est ecētricus equalis. Scōm autem sententiā meaz vtrozūq; dicta sunt vera: sunt enim aliquādo infra aliquādo supra. Et longa indiget glosa. ♈ Laudatum aūt posuerunt lune domū: est n. signum altum in loco habitabili. ♈ Et experti sunt sepe: q̄ quando luna ☽ ingredit signū fiet pluuia aut fiet pluuia. ♈ Leonem quidem solis domuz: qm̄ cum ipsum ingreditur fortitudo apparebit stia: ⁊ aer calidus fit ⁊ siccus: post quoq; solē mercu. qz ipso altior. Et qm̄ non videtur mercu. sole. nisi forsitan si fuit min⁹ signo: suppositā ideo fuit domui solis domus eius. Libra autē ve. aspicit enim solis domum medie: amicitie aspectu: ⁊ est planeta bon⁹ pu⁹. Et qz iupiter ē fortuna magna: iō domus fue luminariū dom⁹ trino aspiciūt aspectu: qui amoris ē perfecti. Et quoniā vt explanabo mare domum solis aspectu aspicit inimico: ideo fuit in aspectu q̄rto. Et domus sa. cuz domo nō est quis solis aspectus. Et isto se habent modo domus alie ad lunę domū. Sunt ⁊ domus planetarū partis solis orientales: eo q̄ maioz est virtus in oriente: cōtrarium aūt huius est in luna. Et ideo dixerunt antiqui: q̄ si fuerit planete in nat. cum sole ⁊ luna: vt proportio domoꝝ suarum ad domos luminariū. nato igni inerit potestas magna. ♈ Est ⁊ alius modus qm̄ capti. ⁊ aquar. sunt fortificantes figuras: cuz ipsa sol ingreditur. Scitāq; ē sa. fore frigidū sicut exponā bas. 2. dederunt sa. domos. Et istis oppositę domus duob⁹ luminariū. Et qz sol est a sa. in quarto fm̄ ptole. orbe q̄ est discordie aspectus. Luna autem in septimo qui oppositiōis est aspectus. Denotant etiā luminaria super lumen ⁊ vitā. ♈ Sa. quidem super tenebras ⁊ mortem. ♈ Sunt quoq; domus Iouis ante ⁊ retro consequentes sa. domibus. Si enim numerare incipias a summo iupiter erit a sa. secōs. Si aūt ab infimo: saturnus tunc erit a ioue. Ideo domus est domo scōa. Itidem duodecia que est inimicorum domus: est vt domus. 7. qm̄. 7. est ♄ ab hac. ♈ Et martis domus sunt. 3. a domibus sa. ⁊ ecōtra. est enim vnus ab altero tertius: cuz iouis vero domibus sunt. 2. vna cum alia. Et iterum. 7. q̄tum est in spē duodecime. Veneris autem sunt loco quinto a sa. domib⁹ sicut ⁊ circulus: ⁊ eōrio. ♈ Mercu. aūt sa. respectu in sexto est orbe. Et similiter gemini cum capricorno ac aquarius cum virgine. ♈ Si vero fuerint superiores a sole erit propinquuz ei q̄ ante dixi. Et sapientes signorū dixerūt fortitudinē domoꝝ accipi: qz in natiuitatibus fuerit multis experti.

Plures etiã vixerũt in imagine arietis: multas existere stellas que sunt ex martis natura: ꝛ similiter ī quolibet signo.

De significatione causarum bonoris.

Inquit ptolemeus totuꝫ arietem esse bonorem solis: eo ꝙ apparebit illic vigor eius: vt regis potestas: tunc enim mundus renouatur: econtra cum libra ingreditur tunc ei solis infirmabuntur: ac deficcabuntur: ꝛ egrotabunt homines: ꝛ stupida reddet anima. Et quia natura sa. est econtrario nature solis: bonor fuit libra saturni: de decus quidẽ aries. Et lune vis vel fortitudo continue crescit ab initio noctis visionis ꝛ coniungetur in ariete soli. Cum enim fuerit in tauro incipiet tunc videri Dixerunt ꝛ indocti sapientes ꝙ in gradu. 19. cõtemperatur planeta: ac si esset ex iouis ꝛ ve. natura. Et dixerunt bonorẽ solis in hoc esse gradu ꝛ non in alijs: bonoresꝫ autem lune in gradu tertio tauri: causa quia distabit a sole sicut visionis arcus sunt gra. ꝛ ideo a gra. 19. libre ꝙ solis est dedecus: vsqꝫ ad. 3. gra. scorpio. via ẽ combusta: dixerũtqꝫ planetas in ꝟ loco vi carere. Bonorem aũt iouis in cancro: qz septẽtrionale est signum. et hoc quia altum: ꝛ iupiter vẽtos denotat. septẽtriõales: ꝛ nitues cũ fuerit ī fine septẽtriõis. Et si cap. tũc po vocabit meridiana. Et ĩdi inuenerũt bonorẽ iouis in. 15. grad. cancri. ꝛ martis in. 28. Et bonorem saturni dicit hermes esse in. 21. libre distat enim. 2. gradibus a solis oppositu: sed martis in. 28. vt. 13. distet gradib⁹ ab bonore iouis. Ue. autem in pisc⁹ quãdo illic fuerit eius est in parte vis occidentali. Econtrario mercuri⁹. quoniam partem denotat orientalem. Et hermes ait bonorẽ ve. fore in. 27. pisci. Mercu. quoqꝫ i. 15. Ita ꝙ distabit alter ab oppositu bonoris alterius. Dixerunt itidem sapientes indoctum bonorem capitis draconis fore ī geminis: caude in sagittario. Et ꝟ verba sũt vana: quoniã caput ꝛ cauda bonum non denotãt aut malum: sed sunt duoꝝ circulorũ coniunctiones: nisi cum illis fuerit luna. nam quando est cũ capite est habitabilis propinqua: et iõ apparebit vigor lune. Et cum fuerit cum cauda: quia latitudinez habet meridianam debilitabitur vigor eius. Et sic est cuiuslibꝫ planete cum capite aut cauda esse: sole remoto: caret enim omnino latitudine. Et iõ si fuerit vnus cũ capite draconis aut cauda scriptis in tabulis non prosunt neqꝫ nocẽt. Plures tamen dixerunt caput augmentare annos vite significatoris: caudã autem istum numerum minorare.

De significatione causarum triplicitatis.

Dixerunt autem arietez cum suis sociis tres habere domos: Solem in die: quia eius est domus leo: et fortitudo eius in die. Iouis in nocte: quoniam eius domus est sagittarius: ꝛ poterit nocte videri: non autem sol: ꝛ ab hac triplicitate martez remouerunt dominũ arietis: eo ꝙ hec sunt calida signa: similiter ꝛ mars: ficqꝫ noceret: ꝛ nõ prodesset. Et prepositus fuit saturnus quia frigi. eius contemperatur natura. Similiter ꝛ dixerunt sa. esse bonũ: quia dies ẽ calida, martem autem bonum in nocte: quoniã nox est frigida. Dederũt ꝙꝫ fortitudinez triplicitatis terree vel. est enim taurus sua domus. Et cum ea posuere lune fortitudinem domine bonoris: ꝛ quia potestas lune maior est in nocte ꝙꝫ in die: posuerunt ideo ve-

Aspice si dominus ascendentis: aut mercurius cederint vim sa. t ipse est in domo. 8. significat hic natū mansuruz in carcere t captiuitate annis multis. Et eodem modo si fuerit dom⁹ none domus combusta i vno angulorum: significat capi hic in itinere t igredi captiuationem. ☾ Et itidē fit si principans nato fuerit in sexta aut in vndecima domo significat illud inimicos ipsius eum capi. Et detegam tibi consilium vnum dictū a ptolemeo: Ait enim si fortuna dominatur in domo infortunata non significat bonum: sicut si iupiter fuerit dominus domus inimicorum significat ♄ iudices iudicaturos sibi dānificationem in iudicio equitatis: quoniam cōmiserit inde oēs. ☾ Et si fuerit significator planeta malus sibi faciēt iniustum. ☾ Helios inquit: si ascendēs fuerit leo plures hominum odient eum t hoc est verum: quoniam luna domina huiusmodi domus significat omnem hominem. ☾ Si autem fuerit ascēdens virgo: habebit litem cuz regibus: t eo maioribus. ☾ Si vero libra ascendat litigabit cuz sapientibus/☌ si scorpio. plures litium suarum erunt cum mulieribus. ☾ Et si sagittarius plures erunt cum hominibus bella/Si aūt capricor: aut aries plures litium erunt cū hominibus legum. Si autem aquarius odiet seipm: t causabit sibimetipsi lites et nihilo. ☾ ☌ si pisces litigabit cum pluribus suorū amicorum. Si quidem fuerit taurus erit oditus propter accusationem. ☾ Si gemini ascenderint odient ipsum gentes propter mala opera cōmissa. Et est vtilitas huius talis: quoniam si fuerint plures in hac domo planete habebit inimicos multos secundū

naturam cuiuslibet planete. ¶ Albu" ait hāc denotare animalia apta equitationi humane. Et ego nominaui iam tibi in libro principij sapiētie modos animalium significatos. ¶ Et respice si fuerit principans in nat. in hac domo: aut aspiciat dominū domus aspectu opposito: aut quarto significabit enim h natus casurus ex animali quod equitabit. Et poteris scire que sibi sint bona animalia: vt aspicias planetam aspicientē hāc domū fortunato aspectu: t quo habeat potestatem in loco: t sm modum animalium que significat eo totaliter iudicabis. Et mars magis nocet in hac domo sa. quoniā est domus gaudij sa. Et domus tristitie martis. Et contrarium est in domo secta: quoniam est domus tristitie sa. t domus gaudij martis.

¶ Incipit tractatus secundus huius libri qui est de reuolutionibus natiuit. et primo de extractione anni.

Ndi dixerunt annū solarē esse. 365 dies: t. 4"" diei ptē t quintā vnius hore. Et sunt secundū hoc in qualibet reuolutione. 93. gra. t iterū. 2. partes. Sapiētes aūt ptorū dixerūt additionē supra quartā esse vnā partē de. 115. apud indos igitur sunt inter qualibet reuolutionem. 93. grad. t itidem. 2. partes. ¶ Et tabahas dixit additionem esse. 92 grad. t iterum. 24. partes. ergo est hec vna pars: in. 150. annis. Et habrahabim atarcas dicit additionem esse vnam partē in. 160. annis. Et abetam dicit hoc esse. 90. gradu. sine additione t diminutione. ¶ Et ptolemeus asserit annū esse minus quarta diei vnius pars vna. 300. diei. Et sapientes magni sarracenorum dixerunt post eum sicut yebagy filius dauid menassour: t sicut almerudeçi: t sicut euenalma pkaye: t albategni. Isti quidem concordati sunt diminutionez esse vnā partez ex. 106". parte diei. Et tunc erit inter qualibet reuolutionē. 86. grad et 24. partes. Et non oportet prolongare in hijs verbis vt sciantur si verba cuiuslibz sint falsa aut sint accipienda vera. Et est verum q plurima sunt vera sed indigent ipsa glosis magnis. ¶ Et verum probatum expertum ab hodierna die: donec transierint. 200. anni: et non fiet repehensio homini in aliqua parte est: quoniam inter qualibet reuolutionem sunt. 87. gradus t. 15. partes. Et aspiciendum est quot anni transierint nato: t multiplica numerū annorū per numerū istius additiōis. Et si excrescit plus gradibus sphere minue gradus sphere: t respice residuum. Et intra tabulā regionis de qua est natus. Et accipe passus quos inueneris in oppositō gradus ascendentis nat. ¶ Et adde sti per eos numerum passuum in tabulis regionis. Et numerum passuum quem habueris verte in numerum graduum consurgentē ex multiplicatione annorū nati post subtractionem sphere equaliū sphere signorū. Igitur scies grad. ascēdentē in principio anni: t a gradu ascendente poteris scire horam inequalem. Et ego tibi dabo computationem vnaz per quam scire poteris in quot diebus: aut mensibus lune est reuolutio natiuitatis nati. Scias quota die fuit nat. in mense lune: t serua id. Et postea multiplica numerū annorum per fectorū pertransitorū per. 11. dies: t paduenitz adde supra numerum seruatum: t diuide

aggregatum per. 30. Et residuum minus 30. est numerus computationis dieruz mensis in quo erit reuolutio. ☌ si voluerit scire in quoto dieruz septime erit reuolutio: ⁊ qua hora erit. Scias diem septimane in quo natus est partus: quoniam ista est radix: ⁊ quota hora recta fuit: que est computatio tua principij diei: aut principij noctis. Et post hoc multiplica annos perfectos pertransitos per 1. diem: ⁊. 5. horas: ⁊. 49. minuta. quorum quelibet hora habet. 60. minuta: ⁊ faciaz ex minutis horas: ⁊ ex horis dies ⁊ totum adde. Et si ascenderit vltra. 7. extrahas omnes septimanas que illic fuerit: ⁊ residuū minus. 7. sunt dies hore ⁊ minuta: quos adde super dies septimane pterāsitos a nato. Et itidē adde horas sup horas: ⁊ minuta sup minuta. Et tūc scies horā revolutiōis. Et poteris reducere horam magnā in horaz in equalem sicut scriptum est in libro tabu. Et ego dabo tibi vnuz exēplū. ponamus q̄ natus fuerit quis nono die mensis alicuius: quicūq; sit ille: quab⁹ horis equalibus pertransitis diei: ⁊. 35. minutis. Et nunc ponamus natum pertransisse 10. annos integros. Modo si voluerimus scire: in quot diebus: vel mensib⁹ cadet revolutio: multiplicabimus. 10. per. 11. ⁊ fient. 110. addam⁹ super hoc 9. dies pterāsitos de mēse nat. hora erit numerus. 119. Modo dividamus per 30. remanebuntq; 29. dies: ⁊ ita in vltimo finis mensis erit revolutio. ☾ ☌ si volueris scire diem septimane. ⁊ horam ⁊ punctum. Multiplica. 10. annos quos habuisti super vnuz diem: ⁊ fient 10. Et iterum horas multiplica p. 5. et fient. 50. horę. faciam⁹ inde dies ⁊ addamus superioribus ⁊ erūt. 12. Et modo remanent. 10. minuta. Addamus igitur eis horas pertransitas a principio tertij diei a pūcto nat. ⁊ iste sūt. 12. horę ⁊ iterum partes quas addidimus partibus nat. hora ⁊ nunc ascendit. 45. que sunt. 3. septimane anni. Et extrahamus 7. dies ex diebus quos habemus: ⁊ remanebūt. 5. dies nobis. duodecime horę. ☾ Et icipiemus dicere de principio diei tertij: ergo a tempore quo sol habuerit tertiā diem vsq; ad tempus quo habeat diem quartam. 1. dies: ⁊ tunc ꝓficientur dies quatuor quando habuerit sol primā diem. Modo remanserūt nobis horę ⁊ faciam⁹ arcus' vnuz ex eis ⁊ accipiamus ꝓ quolibz horā. 15. gradus: ⁊ accipiam⁹ ex minutis earuz quartū. Et erunt isti gradus. et remanet vna de diuisione quartarum et accipiamus ꝓ eo. 15. minuta ⁊ remanent. 2. si acceperimus. 30. minuta: ⁊ si remanet. 3. accipe. 45. minuta. Et hoc est arcus. Et iste est arcus longitudinis signi ascendentis hora nat. Adde hos gradus super passus qui fuerint in oppositō gr. ascen. in tabulis regionis: ⁊ ære numerū addimus: de gradu sphere signorum. Et ista quidez via fiet equalis vie addidi. 87. ℊ. ⁊. 15. minuta: cū anno fient pueri. Et poteris cognoscere si hec numerus occurret die: aut nocte: quoniam extrabes arcum diurnum sicut scriptum existit in libro tabu. Et minues ex distātia que fuerit iter passus qui sunt in oppositō ascensionis solis: ⁊ isti sunt qui dicuntur orientales. Et ingredere passus qui sunt in oppositō grad. ascen. et residuz erit arcus diei remanentis. Et si fuerit istud remanens maius arcu horarum quas habemus subtrahe arcum horarum ab eo: ⁊ residuum diuidat per arcum horę inequalis. Et quod ascendit ex horis ⁊ minutis horarū subtrahemus ex. 12. horis: ⁊ tunc inuenies horā revolutionis ⁊ eius punctū qō est in p⁹

mo die. Et si arcus horarum quas habe bas fuerit maior arcu diei remanentis minue arcū remanentem ab arcu horaꝝ quas habebas: ꝛ simile remanentē per arcū horę equalis noctis: ergo inuenies tunc quot horę inequales ꝛ minuta horarum preterierunt de nocte secunda. Et isto exēplari semp debes totū opari.

¶ De duodeciꝫ dispositionibus inspicientibus in reuolutione cuiuslibet anni.

QUolibet anno debes res plures inspicere ꝛ sunt .12. Et ego nominabo tibi principiuꝫ difficilius omnium. Scias vbi fuerit locus vite vel tanę vitā nati: sicut scriptum est in domo prima ꝛ vocas illum duabus directionibus sicut scriptum est in libro rationū. Et si inueneris in gradu ad quem attingit directio stellam: aut eius aspectū pone vim totam illi stelle: seruiet enim nato sed quantitatem sui luminis: sicut dictum est in libro principi sapientie: et a socia secū ofim termini. ☌ si illic tūc non fuerit aliq̄ stella neq; aspectus ei⁹. Dominus non significabit bonum aut malum: ꝛ facias secū participem dominum domus. Et debes aspicere ad dominū terminī: quomodo fuit eius fortitudo in nat. ꝛ quomodo est in reuolutione cuiuslibet āni: ꝛ quātū significat: qm̄ si fuerit fortis in natiui. ꝛ debilis in reuolutione nat. parū nocebit. Et si fuerit debilis in nat. ꝛ fortis in reuolutione: parū proderit. ¶ ☌ si fuerit fortis in ambobus terminis: addit bonuꝫ bono: Si autem debilis in ambobus: contrariū erit. Et hoc est primū quod debemus attendere. ¶ Secundū est dominus triplic. scōm annos suos quos significat de annis in hora reuolutionis. Si enim fuerit in tertio primo annoꝝ sue vite: significat super eum dominus tripli. primus: aut signum loci vite. Et duo alij significant in terminis aliis. Et aspice istum planetam qualiter fuerit in nat. ꝛ reuolutione. ¶ Tertium est aspicias annos scōm sententiā ptolemei qui incipiunt a luna: ꝛ terminantur in sa. Et sm̄ fortitudinem istius planete in natiuit. atq; reuolutione: ita iudicabis ¶ Quartuꝫ est: pars victa firdarie: debesq; scire q̄ in nato in die sol incipiet significare super eum .10. annis: ꝛ ipse solus erit in septima primi numeri. Et alij planete participabunt secum in .6. septenis remanentibus: ꝛ incipiet ven. ꝛ post eam mercurius vt conuenit. Et si sol fuerit in natiuita. in coniunctione fatur. aut martis: aut in malo aspectu eorum infirmabitur natus tēpore quo ille planeta infortunans coniungetur soli: ꝛ grauius erit si vnus illoruꝫ fuerit dominus sexte. Et postea erit ve. significatrix per se: in septima sue partis: ꝛ tota pars eius sunt anni .8. ꝛ demum sibi consociabunt alij. ☌ si ve. in nat. fuerit in aspectu infortunato martis: habebit dedecus ꝛ angustiam magnam propter mul. tempore quo mars consociabitur veneri. Et post ve. erit mercurius simpliciter significator in septima sue partitionis qui sunt .13. anni. Et deinde alij participabunt secum. Et quādo sibi cōmiscebitur sa. significabit infirmitatē difficilem: ꝛ melius si mercurius principans fuerit in nato. Et post hunc: luna erit sola in septima sue partis ꝛ sunt anni .9. Et in aliis septimis alij participabunt secum. Et quando sibi consociabitur secū sa. significat timorē: ꝛ frigidum morbū. Et post sa. erit significator similiter in septima sue partis: ꝛ sunt āni .xi. Et quando solus fuerit significat lites renouaturas sibi: ꝛ malo consilio ani-

me consulet sue. Et cum iupiter associabitur secum remouebit hoc nocumētū. Et oēmq; erit iupiter per se significator in .7. sue partis que est anni .12. ☾ Et postea mars. Et post ipsum erit significator caput draconis. Deinde cauda. 2. annis. Et numerus istorum annorum est .75. Et si anni nati fuerint plures isto circulo: reuertentur planete in circulū. Et incipiet sol: vt in principio. ☌ si nat̄. fuerit nocturna incipiet luna de nocte septima sue partis. Et postea sa. vsq; ad finē in quo seruiet mercurio deinde caput et postea cauda. Et sapientes signorū multū prolongauerūt locutionem in quolibet istorū. Et ego dabo tibi. 2. regulas Una est: vt aspicias si planeta fortis fuerit aut debilis in nat̄. Si enim fuerit fortis: significat bonum: nisi fuerit ipsemet malus. Et si debilis: nisi ipsemet sit fortuna: parū proderit: quando attinget terminus sue partis vt sit significator. ☾ Secunda regula est vt aspicias viam naturarum si fuerit nat̄. diurna: qñ attiget terminus ven̄. vt cōsocietur soli non significabit q; accipiat nouā mul̄. aut q; delectetur i mulierib9. Quoniā natura ipsius non est omnino in puncto. Sed iudicandum est si ve. fuerit in bono loco mulieres ipsum diligere isto tempore. ☾ ☌ si nat̄. fuerit in nocte: erit sol significator: post. 2. 3a. et tunc significabit delectationem in mulieri. Et nunc perfectum est quartum. ☾ Quintum signum est finis: et ita facies in loco primo: erit signum finis principium gradus ascendentis vsq; ad 30. secundi signi. Et illic respice si fuerit in nat̄. fortuna: significat hoc bonum futurum illo anno in reante hoc scita. ☌ si fuerit malus: res erit econtrario: continget enim morbus: aut damnū sibi secundum eius locum. Quoniam si fuerit in domo secta significat morbum: Si autem in domo octaua significat timorem anime. ☌ si in secunda perditionē substantie. Si autem in quinta dubitationem propter filios. Et ita in omnibus domibus secundum q; significant. Et si fuerit in reuolutione in signo finis fortuna aliqua significat bonū renouaturū in nato: non prius corde cogitatum. ☌ si fuerit malus erit econtrario. Et debes cōsociare signo finis dominum signi. Quoniam ♄ est radix. ☾ Secundum est signum finis loci vite in gra. eq̄lib9: et attigit vsq; ad 30. Et ita facies quolibet anno vsq; ad finem. 12 annorum: q; hoc est vt numerus signorum. ☾ Et postea reddit in circulum vsq; ad diem mortis ipsius. ☾ Et septimum ē vt aspicias locum nat̄. et semper hore inequalium: et hora prima est primus significator. et scōs planeta qui fuerit sub eo fm suum circulum fm modos sol. ve. mercu. luna sa. io. et martis. Et fm eius fortitudinē. in nat̄. et reuol̄. similiter erit secundus. ☾ Octauum est dominus signi ascendentis: quoniam significat annum primum: et planeta qui ē sub eo annū scōm ♄ modo: vsq; ad. 7. ☾ Nonum fm sententiam hermetis: quoniam seruit dominus hore natiuitatis anno primo in prima domo: que est dom9 vite. et in anno scōo i domo substātie: et ita vsq; ad finem. 12 annorum: et postea fit in circulum reflexio. ☾ Decimum reuolo: vt aspicias gra. ascen. hora reuolutionis: sicut exposui. et dominum signi ascen. et planetam quem inueneris in reuolutione anni. Undecimū vt respicias q; planeta in reuolutiōe anni redeat ad signū in quo fuit in nat̄. quoniā tunc renouabitur illud quod significat super eum fm eius naturam: fm participationem domorum vbi habet potestatem supra

eos. ¶ Duodecimus illud quod est cē planete revoluti.hora.Et ego dabo tibi vnū canonem . Si inueneris aliquam fortunam in revolutione anni nat . loco in quo fuerit malus hora nat.tūc denotat nocumentum mali:renouādo bonum super malum.Et econtrario quando inueneris malum in revolutione anni in loco ī quo fuerit fortuna hora nat. Et si fuerit in revolutione anni malus ī loco in quo fuerit malus bono nat.tūc addetur malum malo . Q. si bonus in loco bono addetur bonum bono.

¶ De mensibus:

REspice in nat.locum planetarum z partē fortune: z da cuilibet mē si vnum signum : z incipe computare a gra.ascē. vsq; ad.30.gra.z.30. dies.z 10. horas: z mēse quo attinget fortune significat bonum.z econtrario si attinget malefico.Dicit hermes.quando fuerit domus finis:prima aut.5ª.aut.9ª.aut 10ª.vel.11ª.hoc significat bonum: nisi fuerint in locis predictis aliqs malorū. ¶ Q. si vis scire menses in revolutionibus anni:incipe a domo finis: z da cuilibet mensi.2.gradus z dimidium.z erit finis mēsis: qñ pringet sol ad signū 2ª: sm numerum gradū illic existentium in suo signo.z dividē: z continget cuilibet gra.12.dies: z prope sextum vnius diei. ¶ Et considera ascriptum stellarū hora nat.Et iterum in revolutione anni in domo finis: z duc as ista via gradus ad locum coniectionis planetarum: aut ad eorum aspectus:z isto modo poteris scire omne futurum quolibet die. ¶ Et huic adiunge signum ascē.hora nati. Et itidem ascīs in revolutione anni. ¶ Dicit ptole.nos debemus dare.30.gra.domus finis.z.8.diebus.z.12.horis. Et debemus ducere istos grad. tali via donec reuertatur domus finis alia vice sa ad finē anni. Et in ista via sūt accordati sapiētes signoz posteriores eo. ¶ Amplīª ait qp nos debemª de revolutōe anni cuilibet gradui.ḡrtum vnius diei.Et est conueniens:vt fit hec ductio in ascēsionibus signorum in tabulis regionis Et itidem hoc scire est expertus:vt sciatur contingens omni die: quādo iuerit sol vno gra.integro a suo loco quicūq; sit gradus ille: in vno die per se:aut horis partitoribus: vel pluribus. Et debes dare vni diei.12.gra.trinz locoz vnius est gra.ascen.in puncto nat.z secundus est gradus domus finis.Et tertius gra. ascen.in revolutione anni. ¶ Et quod ego dixi tibi debes facere.2.vijs in gradibus rectis circuli signorum: z iterum ascensionum signorum in tabulis regionis. ¶ Et ita debes facere mense omni vsq; ad finem totius anni.

¶ De diebus

ASpice in nati.quis planeta fuerit in bono loco.planeta quidez ille bonus est nato/Et omnis planeta combustus in domo sui dedecoris: aut in sexta vel.12.est malivolus . Et magis ostēditur fortitudo si fuerit principans nato:sine sit fortuna: aut malus . Et ista via sunt noctes: z hore diei . Et noctis inequales.Et est ratio:quia semper dividuntur per.12.

¶ De domibus bonis in principio omnis rei.

DOmus est prima/Sed respice: ne supra terram sint vltra. 5. grad. quoniam tunc esset in vi domus duodecime.Et post eam domus.10. z post ipsam.11.deinde.5. ¶ Sed.2ª.et.7ª. sunt medie.z similiter. 9ª. z iterum. 3ª. ¶ Sed.8ª.6.z.12. sunt parue. ¶ Et debes scire electionem quā vult quere

M. hyra electh: omnj.

re natus: quoniam si indiget potu medicine ascendat eius ascen. ¶ Si vero ℔ sit propter substantiam acquirendam: eligas sibi domum secundi. ¶ Si vero propter iter ad virum magnum eligas sibi decimā. ¶ Q. si fuerit in vna domorum fortunarum fortuna aliqua: ⁊ poteris: vt ascendat gradus in quo est fortuna: ℔ tunc erit bonum valde. ¶ Et si indiges ascensione vnius domor̄ predictar̄: ⁊ illic extiterit ī nati. aliqs malorū: caue ne facias ascendere. locū mali: imo dimittas locū suū vsqz ad finez sui lumīs: sic vbi ☌. si fuerit dom⁹. 10. signi gemini. ¶ Et fuerit sa. in. 12. ☌. ei⁹. mō q̄dez scitū q̄ lumē sui corporis est. 9. gra. tūc attinget vsqz ad. 21. grad. gemini et sic ascensio. 21. gra. est ascen.

¶ De angulis

Respice loca malorum: ⁊ loca bonorum: in qua quarta extiterint: sicut expositū ē in libro principij sapientie. ⁊ elige quem volueris in parte fortunarū. ¶ Omnis patria cuius signum hora nati. fuerit cum malo difficilis ē nato. ¶ Et eligas impedito circa latus: vbi fuerint fortune.

¶ De colore vestis.

Scies quoq; col. vestis nato conuenientē colore visionis significāte per principantem in nato. ¶ Et iste ē planeta qui habet potestatem in. 5. locis vite. ¶ Et si hec planeta fuerit in eō iunctione: aut aspectu planete ipso altioris: planeta hic superiori recipiens vim principabitur in nato. ¶ Et debes miscere naturam illarum domorum sm locū solis: ⁊ signum illorum. 2. ⁊ angulor̄

¶ Explicit liber de Natiuitatibus ⁊ reuolutionibus earum quez Petrus Paduanus ordinauit in latinum.

¶ Incipit liber de interrogatiōibus Abrahe Auenare iudei Sermo vniuersalis in doctrina iudiciorum.

Astrologie duo extiterūt capita. vñ quidē ptolemeus: alterū ꝙ dixerunt. Et ambo suis rūt reges. ¶ Ptolemeus aūt concessit reuolutiones ⁊ nativitates: ⁊ composuit libros. 2. ex eis: si non inuenit interrogationes veras ꝛc. ¶ Dixerunt tamen asserit fore veras: expertus enim est sepe: sed non sit interrogator experiens aut dirigens. ¶ Et quando occurret punctum in quo questio cordi infigitur: statim gradum obseruet ascen. ¶ Messahac quoq; magnus exstitit sapiens in interrogationibus: ⁊ composuit libros multos: ⁊ veni post eum ⁊ intrani eius tramitez. ¶ Et ego dabo tibi vniuersalitatem in omnibus questionibus. ¶ Signa fixa significant veritatem expertam ⁊ fixā in bono vel malo. ¶ Mobilia denotant falsitatem ⁊ mendacium ⁊ rem omnem deficientem: que nō erit nisi fuerit questio de rege si cito removebitur a suo regno hoc existet. ¶ Et pro itinere similiter denotant festinitatem. ¶ Signa aūt cōia significant foie partem rei: non autez totam: ⁊ designabūt rem bis actā. ¶ Planete quidez cum fuerint in angulis demonstrabunt probatum ⁊ verū. ¶ Et angulus. 10. ē festinus: et postea ascēns. deinde. 7. ⁊ postea. 4. ¶ Et si angulus. 10. est in gradibus equalibus ⁊ in ascensionibus regiōis tūc est fortior. ¶ Quo

niam si ofso.io. domus. 11.i gradibus equalib⁹ minuetur tertiū ex ipsius fortitudine. ideo angulus ꝑmus ⁊ septimus est in omni loco firmus. ☾ Et quando fuerit planeta in primo gra. anguli habz totam fortitudinem. ☾ Et ponitur fortitudo ipsius in numero. 8. ☾ Cū autez distabit ab angulo. 5. grad. amittet ex fortitudine sua. 1. fortitudinem. ⁊ fi. 10. duas. ♌ fi. 15. 3. ⁊ fi. 20. 4. ⁊ fi. 25. remanebūt sibi. 3. fortiē. ☾ Ptolemeus asserit qꝫ stellꝫ que distiterit minus. 5. gra. ab initio domus. 1. sit in fortitu. angli. ⁊ verum dicit non tamen semper. ☾ Quoniam distans. 5. gradus habet 5. fortitudinis: ⁊ fi. 2. quartū. ⁊ fi. 3. tertium. ♌ fi. 4. medium. ☾ Et sciendum est angulum fixum non esse semper legalem: ꝓpter naturam sui orti: sicut est scorpio. ☾ Et si fuerit natura eius aquea. ☾ Ideo dixerunt antiqui taurū esse fixiorez ceteris. ☾ Et hermes dicit aquarium esse fortiorem ⁊ fixiorem ceteris: quia est domus sa. ⁊ videtur mihi verum. ☾ Ex mobilibus quidez mobilius ē aries. ☾ Et ex signis cōmunibus fixiores sunt domus iouis: domib⁹ mercu. quia est planeta superior post saturn. ☾ Et scire debes si planeta sit inferior aut superior. ☾ Et si fuerit planeta oire eius significat rem futuram: siquidē retrograda res non erit. ♌ si fuerit in statione scōa erit res postꝫ non curauerit Si autem in statione prima erit res destructa postꝫ fieri debuit. Et quando planeta superior pertransfuerit solem: fueritqz ei orientalis erit res ꝫm partē. Et similiter quādo fuerit inter scōz stationem ⁊ oppositum/Et eodē modo si mercu. ⁊ ve. fuerint occidentales. quoniam descendent a sole in tantum qō fit eorum pars. 90. gra. tunc significabunt expertum ⁊ verum. ⁊ abinde ad stationem primam partem rei. Et est alia via in superioribus/Et cum fuerint orientales inferiores sunt debiles: ⁊ non perficient rem. Et similiter superiores cum fuerint occidentales. ☾ Et quando fuerit combusti nullus eorū denotabit nisi malum: siue sit fortuna: siue malus. ☾ Et quādo luna fuerit plena lumine: significat magis veritatem qꝫ quando minoratur. Et planeta velox denotat velocitatem: ⁊ ponderosus tarditatez/Et semper debes aspicere naturam planetarum: qui omnis interrogatio ex natura martis existens: ⁊ ipse fuerit in vno angulorum faciet rem esse: ⁊ erit verū: ꝯ̄jus mare denotet falsitatez: sicut ē in terrogatio bell. Et iupiter verum semp denotat: nisi in qōne bell quoniā si iupiter fuerit in angulo res nō erit: qz natura ipsius significat pacem. ☾ Qō si res fuerit ꝓpter luxuriam ⁊ mars in vno angulorum denotat lites que insurgēt ꝓpter luxuriam. Et similiter si fuerit res cā rei carentis iusto ⁊ lege. Et si iupiter fuerit in angulo non erit res. Et si facta extiterit deueniet ad vile ⁊ dedecus. Et si iupiter sit fortuna. ☾ Sa. quidem significat mendaciuz: quando fuerit in domo sui casus aut dedecoris: nisi fuerit qō de homine: si vinit an mortuus existat. ☾ Qō si satur. fuerit in alio quo angulorum denotabit ipsum esse mortuum: ⁊ mare non similiter. Et semper aspice in omnibus rebus si habueris duo testimonia: ⁊ iudica eis sicut expolui in libro natiuitat/Et videas semper aspectus ⁊ non coniunctiones. Quia si duo planete qui sunt domini interrogationis. i. domus asce. ⁊ dominus rei quesite fuerint coniūcti res fiet: erit qō querenti: nisi fuerit latitudo. i. gdus aut secundus. Et ista coniunctio cōputabitur vt dimidium testimoniū si adfuerit

latitudo. ¶ Qđ si fuerit in aspectu opposito: ⁊ non fuerit eis latitudo erit res perfecta. Et si fuerit latitudo minuet ex testimonio ſm latitudinē. ¶ Qđ si fuerit latitudo equalis ſm vnum punctuz tota: testimonium hoc est perfectuz. Et si non dimidium est testimoniuz. ¶ Et ego dabo tibi vniuersalitatem in significatoribus super questionem. Respice semper dominum domus si aspiciat ascendens: ipse erit figur: ⁊ si non aspicit: ⁊ dominus honoris aspiciat signuz honoris: accipe dominuz honoris: ⁊ relinquas dominū domus. ¶ Qđ si non aspiciat dis domus aut caret omni bonore in signo: accipe dominum termini si aspiciat ipm: quoniā dominus faciei nullam vim habet. ¶ Et semper aspice illum qui fuerit dominus horę: ⁊ habuerit dignitatem in gradu ascē. ⁊ fuerit dis domus: aut honoris: aut triplic vel termini: accipe ipsuz: ⁊ relinq̄s totū: ita q̄ dominuz domus. Qñ magna est fortitudo domini horę in omnibus q̄ bonibus ⁊ hoc est expertum. ¶ Inquit Messahallac si volueris scire veritatē eius q̄ interrogaris. Respice semp planetam habentem plures dignitates in .5. locis vite: q̄ est figur. ⁊ videas domum in qua fuerit: ⁊ naturā eius: ⁊ naturam planete sibi coniuncti: aut ipsum aspiciens: ⁊ tu scies ide interrogationez. ¶ Et aspicere debes si viderit viz planete superiorē: ⁊ si domus illius planete fuerit in opposito gra. ascē. ⁊ domus quā eius bonor inspiciet erit alijs fortior. ¶ Amplius dicit in alio libro: respice semper lunam ⁊ locum ipsius: ⁊ a quo separatur planeta cōiunctione aut aspectu: quoniam vis inest ei magna. ¶ Et similiter partem fortune: ⁊ fortitudinem nonenaz in signo ascē. ⁊ in q̄ domo fuerit fortitudo nonenarum. Et quod dicit veritati est ꝓpinquuz. Nisi quia semp debes inspicere si fuerit planeta in angulo primo: ⁊ viderit vim totam: iam enim scis q̄ nullam habet dignitatem in hoc loco. Inspice naturaz eius: ⁊ in qua domo habuerit potestatez: ⁊ fac vt dixi in libro natiuitatum. ¶ Satur. quidem denotat omnez antiquum timorem: terram vitam: ac mortem. ¶ Jupiter significat substantiaz: pueros: patrias. ¶ Mars fratres: consanguineos: lites: ⁊ bella. ¶ Sol vitaz: reges: dominium: ⁊ patrē. ¶ Ue. mul. delitias: ⁊ sozorem parua. ¶ Mercurius omnem modum scientie: ⁊ scripturę: atq; artificium. ¶ Et luna denotat mul. vitā: cogitationes mobiles. ¶ Et ego loquar in interrogationibus super duodecim domos.

¶ De vita absentis.

SI hō querit te de eius vite restduo. Quare. 5. loca vite: sicut dixi in libro natiuitatuz. Et semper inspice quēlibet gradum loci lune in gra. cēles. ¶ Et si habueris testimoniuz. i. cū isto: hoc est testimonium perfectum ad sciendum quātuz viuat. Et similiter facies ad habendum gradum perfecte ſm latitudinez regiōis. Et inspice aspectus dispositos in tabulis regiōis. Quoniaz sunt fortiores aspectibus graduū equalium. ¶ Et questio si fuerit de hoie si viuat an sit mortuus. Inspice si inueneris dominuz domus ascen. combustuz: aut sub radijs: ⁊ latitudo eius sit meridionalis est motu⁹. ¶ Qđ si fuerit sub radijs in angulo quarto iam sepultus est. ¶ Et si fuerit i domo sexta: aut i 2. nō iudices omnino: nisi habuerit aliud testimonium/ Et aspicias semper locū lune: que si fuerit in ascē. ⁊ viderit viz planete sub terra exūti in domo quar-

ta ab eā:iam mortuus ē ⁊ sepultus. Et si fuerit dominus domus aut luna sup̄a terram viuit. ¶ Et si oīs ascē. fuerit in. 8. mortuus est: ⁊ similiter si dominus. 8. fuerit in ascen. ⁊ si sit fortuna. ¶ Messahallac dicit si fuerit domin⁹ ascen. receptus a domino domus octaue: non denotat mortem: timorē tamē. ¶ Et hoc est verum si dominus octaue habuerit dominium in ascen. aut q̄ sit dominus horę. Et si dominus ascē. fuerit sub terra: ⁊ vim dederit planete existenti sup̄a terram. ¶ Et similiter luna denotat accidēs qō habuerit ⁊ no cumentum propter quesitum ⁊ euasit. ¶ Qō si questio est p̄o homine si cito veniet. Respice si fuerit domus ascē. in vno angulorum: vt. 1 0. aut p̄imo: aut similiter luna in vno istorum locorum: Aut q̄ dominus ascen. sit retrogradus ⁊ sit questio de hoīe qui recesserit quā do reuerteretur ad domum suā. ¶ Qō si retrogradatur in vno angulorum aduenerit citius: in signo mobili prope est vt veniat. Et postea in signo cōi. ¶ Qō si fuerit domus ascendēs directus ostē dit tarditatē. Et similiter si dederit vim planete existenti in nona: aut in tertia. Et sīr si fuerit oīs ascē. in domo septima. ¶ Et eodem modo si dederit luna vim planete cuilibet existenti in septima. Et dominus horę habet posse magnum. Quoniam si fuerit in angulo decimo veniet cito. ¶ Et erit rectus si signum fuerit mobile: vt non moret die bus sz horis. ¶ Et postq̄ videris q̄ re uertet inspice: quot sunt grad. inter illū planetam: ⁊ gra. ascē. ⁊ da cuilibet gra. diem vnum seu coniunctionē: aut aspectum: aut diem quo coniungētur. Et luna habet vigorem magnum in tota qō ne: si tamen fuerit in domo secūda: aut sexta vel octaua: aut. 1 2. obmitte ipaz. ¶ Welius ait: si ascendens fuerit leo aut sagit. vel aquar. parū dubitabimus lunā: ⁊ non similiter de aliis signis. Et est rectum propter proportionez sue domus ad domos nominatas.

¶ De secunda domo.

Si queratur p̄o substātia capta aut furata si rehabebitur: vel nō respice si dominus domus secunde fuerit in ascendente: iam habita est substā tia. Et ita faciendus est in signo. 1 2. domus: ⁊ similiter in omnibus. ¶ Quod si querat p̄o substantia quā vult eme re si lucrabitur inde: Respice domum secundam: ⁊ domum. 2. ⁊ locum iouis: partem lune: ⁊ dominus partis. ¶ Ze bel inquit: ex omni re empta: cum luna fuerit in cius pte lucrabitur ex ea in vē ditione ⁊ ecōtrario si fuerit in parte so lis. ¶ In questione mutuātis suā sub stantiam: da ascen. aut venientis ad ter minū causa lucri: da ascen. mutuus rece pti: ⁊ dominū signi: ⁊ septimā mutuan ti: ⁊ mutuo locum lune ⁊ mercurij. Et si Sa. vnum istorum aspexerit nunquas habebit sum mutuum. ¶ Qō si mars aspiciat nō poterit illud hēre absq̄ lite Si vero iupiter vel venus aspiciat recu piet mutuum suum cito: ad votū. ¶ Et si fuerit fortuna in ascēdente decens est vt lucretur recipiēs mutuū in isto mu tat ⁊ reddat mutuanti velociter. ¶ Qō si hac fortuna fuerit in septia vtriq̄ p̄o ficuū erit. ¶ Q. si malus tutius est mu tuanti vt non mutuet neq̄ attēdat. Q. si fecerit amittet. Et si fuerit malus do minus anguli non denotabit malus cō pletus. Et similiter minuet ex p̄ofitio quando fuerit in angulo: nisi fuerit do mus vnius angulorum.

¶ De tertia domo.

Secundum finem meaz querentis pro fratre suo si frater veniet ad eum: oz aspicere dominum ascendētis: aut dominū tertie domus. Et si fuerint coniuncti: aut se aspicientes veniet. Et si nō fuerint ita coniūcti: z respiciat dominus ascen. martez cumgent. ☾ Qō si taliter non fuerit: z fuerit coniūcta luna que denotat omnem interrogatiōez cum domino tertie aut cum marte: aut sit in aspectu fortunato vnius eoz: denotat eum venturum. ☾ Si autez nō sic fuerit non veniet. Qō si fuerint cōiuncti: aut aspicientes: z fuerint in angulis veniet festine. ☾ Et magis si fuerit angulus signum mobile: z in domo nona: aut tertia in itineribus propinquis: aut remotis. ☾ Et filr erit vt vitri si interrogatio est de patre. Sz aspiciat dominus domus q̄rte: z locū vsi domus tertie. Et hoc modo faciendum est de querente pro filio suo: aut seruo: aut mul. aut rege: vel amico: aut inimico.

De quarta domo.

Si quis interrogauerit te qualis erit finis rei incepte bonus aut malus. Respice domum quartā: si fuerit de signis rectis denotat finē bonū: z si de oblīq̄ econtrario. Et si fuerit fortuna i domo quarta: aut aspiciat 4. aspectu amicitie. Et marie si ei inerit aliqua dignitas: hoc est signū sc̄z: z bonum supra bonum. ☾ Et econtrario si illic fuerit malus. Et respice lunaz z dominum domus eius: si fuerit directus: aut sub sole aut in loco in quo habeat potestatem: aut in vno angulo: aut in 3rio huius: q̄ est tertiū denotās finē rei. ☾ Et si fuerit luna in domo sua: videas plas quos aspicit: z q̄bus viz vederit z accipe finē. ☾ si nō vederit viz alij aspice vim quā habet in seipsa. Et aliqui dixerūt si ita fuerit obmittas latnam z accipias dominū quarte domus ☾ ☾ si questio fuerit pro terra seu de seminatione: aut vinea: respice dominum quartā. Si enim mare illic non fuerit: neq; ei⁹ aspectus malus securitas est ab eo: z eōrio si mare adfuerit: aut aspiciat. Et mare magis impedit in rebus terrenis sa. quoniam mare denotat terras. Et plures dixerunt: inspice si sa. fuerit in loco bono denotat bonū: z quando fuerit in loco malo econtrario. ☾ Inquit melaballac: aspice partē terrarū: z planetas inspicientes eam: z dominū partis: et per ipsum iudica: sed secundū meam sciētiā dominus. 4. est fortior: et est verum.

De quinta domo.

Si queratur vtruz filiuz habebit. Respice dom. 5. si fuerit in ascē. aut dominus ascen. aut sibi coniunctus habebit filiū: z econtrario si non aspexerit. Qō si iupiter fuerit in ascen. z in signo non sterili denotat filiū. Et dominī hore est vis magna: quoniaz si fuerit in angulo: z sit receptus in suo loco: aut habeat potestatē in eius loco: aut in domo 5. aut vndecima denotat filiū: z in aliis locis non. Et si luna aspiciat dominum quinte z ambo aspiciant ascendens habebit filios: z neq; vicis ipsum habiturū filium nisi habeas. 2. testimonia. ☾ Et questio si fuerit: vtrum mulier sit pregnans vel non. Si luna fuerit in vno angulorum: aut vim illic dederit: z similiter de domino hore: z magis si fuerit iupiter aut ve. Et melius si ascendens fuerit signum cōmune: aut gradus lune: hoc bonuz est testimoniū q̄ sit pregnans. Et similiter si ascendens fuerit signum mobile. Et si fuerit sa. aut mare i vno angulorum non est pregnans. Et sa.

destruit mulc. t similiter dominus bore in cadēti loco. ¶ Et si questio fuerit qualis nascetur infans. Respice dominum bore: t dim ascen. ac dim quinte domus: t scias naturā eorū ac naturam ascen. t domus quinte: t numera quot erunt mas. et femi. t det vim quarte in quacunqz sit parte mas. aut femini. a parte gradu ascēdentis t a parte solis Et ibi fuerit plura mas. aut femi. talis erit partus. ¶ Et dominus dicit: quod tu facias solem participem cū eis in die t lunā in nocte: t est verum. Dominus tamen ascendentis est radix et dominus quinte domus.

¶ De sexta domo.

Si queratur pro infirmo an sanabitur aspice si dominus ascē. fuerit in vno angulorū sine aspectu mali: t fuerit in loco fortituto: t nō sub radijs solis: neqz retrogradus non morietur. Et si fuerit in domo quinta: aut xi. transibunt angustie magne super eū: nisi fortunate fuerit receptus. Qō si octana fuerit fortuna vinet: t si malus morietur. Et similiter aspice locum lune si dederit vim domino. sexte fortificabitur morbus. Et similiter si dominus ascendentis dederit vim domino sexte domus: vel malo. Et dominus duodecime est malus valde: t fertur ita malus vt hic dominus sexte. Signum fixum denotat egritudinē longā: t tropicum breuē cōmune vero, mutationē egritudinis in aliam. Qō si fuerit malus in ascen. aut i aspectu malo ipsius: t luna aut domin⁹ ascen. sint tardi cursu: significāt hec tarditatem: t econtra si fuerit veloces. Qō si, dominus ascen. fuerit velox: t aliud ingrediatur signum: aut aliam domum: non sit tamen in domo. 6. aut duodecima velociter deficiet ipsius egritudo. Et inspice si fuerint coniunctio vel aspectus inter dominū ascen. aut lunaz t dominuz sexte: t diem separationis a coniunctione tantū quantum durat lumen domini sexte: t in aspectu quantitate. t gra. tunc enim incipiet morbus separari infirmi. Et ego facio te scire nāz planetarum. Respice semper dominuz domus sexte: t in qua fuerit domo: quoniaz hominis membra diuiduntur secōm signa t aries est initium. Neqz obliuiscaris omnino dolozis planete in quolibet signo. ¶ Uideas vim planetarum: si ipsi fuerint supra terram sicut planete diurni: t econtrario est impletis nocturnis: t associare rei significatōis dominū triplic. prime: t dominum bore. Et si plures quatuor fuerint fortunati in domo 6. vel duodecima aut octaua aut dominī eorum domus morietur egri. Et itidem malus eorum aspectus cum significatione est per se malum signum. ¶ Et similiter si dominus octaue t sexte die mortis: quando fuerit dominus ascendentis in vno angulorum: aut in fine. ¶ Et si dominus octaue: aut quando coniungit: vel quando attingit ad locū significatoris octaue. Et fuerit significator illius dominus ascen Et non illic aspicit prompte ad eius aspectū signuz scōm. Et respice si fuerit princeps detinere: aut in quarta morietur. Et si princeps vite fuerit in quarta in bono loco sanabitur. ¶ Qō si illic fortune t mali fuerit iudica per fortiores. Et si prostrauerit se in locuz morietur si luna fuerit in loco malo Et in signo fixo elongabitur morbus: sed in mobili sanabitur cito. Et in signo cōmuni sanabit tempore medio: t egredietur de morbo in morbū aliū sm aspectuz lune cū planetis. Si domus asc. aut significator dederit vitio 6. vel 8ª. vim: aut coniungatur plane-

te in domo quarta morietur infirmus: quoniam hec est domus fouee. Et si significator fuerit in decima & augetur lumen eius: alleuiabitur morb⁹: quoniaz est velox. Si luna fuerit significator: sit qz in signo sicco febris ipsius leuis erit. ℂ Qō si fuerit planeta melācolie ventū hz in ventre ex cola rubea ꝓpter būiditatē accidētiū: aut inflatiōe. ℂ Et qui querit emere seruos emet ꝑm gr dom⁹ ascendentis & luna se habuerit: cum dō mino dom⁹ sexte. Et mercurius habet in seruis posse magnum.

ℂ De septima domo.

Domus septima: significat bellū latrocinium: participationem: et mul. Et ego loquar in fine libri. ℂ Respice si dōs aſ. fuerit plta sapior: & dōs septime plta inferior: & ambo fortes vicet sapior. ℂ Qō si fuerit inferior fortis valde: & superior medius nō vincet superior. Et similiter est de quolibz planeta qui fuerit in domo prima: aut in septima: sine sit superior vel inferior. Et superior quilibet aut inferior si fuerit cōbustus caret vi omnino: & vincetur quem significat. Et similiter denotat retrogradus ipsum debilitari: nisi fuerit ex superioribus: non enim erit eius debilitas perfecta. Et si sol aſpiciat aſpectu fortunato domū domini ascen. rex ipuz iuuabit. Qō si luna gens alia. Et similiter iudicabis si aſpexerit domum septime. Et si dominus ascen. & septime sint coniuncti: aut significator in hīa. 2. Si dominus domus in quo sunt non aſpicit: respice vincentem sicut in libro primo sapiētie ante dixi: demōstrabūt ambos ꝓeliari. Et similiter aſpectu oppositō & vincet ille qui habuerit plus fortitudinis sicut exposui in libro mūdi. Et modis omnibus si mars fuerit in vno angulorū multū sanguinis expergetur. Et si saturnus fuerit secū: vel i eius aſpectu ꝓpōlōgabitur bellū: & non deficiet dō. Qō si iupiter fuerit in vno angulorū venient homines vt pacificent ꝓeliantes ambos. Et similiter ve. si fuerit in loco bono. Et si mercurius fuerit in loco malo causabit odium inter armigeros ꝓpter res multas: & lis aderit magna. Qō si questio fuerit ꝓ. 2. regib⁹ quis vincet: dixerunt aliqui ascendens minorum duorum pon: & septimam maiori. Et alii dixerunt ascendens fore inꝺ piētie bellū: & septimā altitudini. ℂ Et dozonius dicit q⁹ verius ē. vt ponatur ascen. interrogāti qui primo venerit quē rere: aut quē plus diliget. Et hoc modo sunt diuersificati sapientes iudiciozum quoniā si ascenderit scozpio & mars in eo. Et est sciendū q⁹ si dominus ascendentis fuerit in septima erit victus: & econtrario si fuerit dominus septime i ascēdente. Et hoc habet reprehensionē. Alij enim dicunt contrariū huius. Et secundū sententiam meaz vtriqz aderit malum. Et respice si fuerit ven. fortis tunc erunt equales: & si non fortis vincetur ve. ℂ Qō si questio fuerit alicuius patrie si subdetur suo regi. Respice si fuerit interrogator dominus patrie: eius erit ascen. & patrie septima. Qō si non fuerit dominus aſpice locum solis cū ascē. quoniaz si fuerit in aſpectu quarto aut oppositō: tunc subdentur illi de patria sub rege. Et similiter si fuerit dominus ascen. cum domo domus decime: que est decima ſm latitudinem terre. Iudex inerit decima vis secundū numerū graduū nisi quod fortitudo eius est minor ascen. ℂ Qō si questio fuerit vnius patrie aut fortitudinis obſesse si lucrabit patria. Respice si seiuerit dēm ciuitatis si fuerit in aſpectu malorum in re

olutione anni lucrabit ciuitas. Et ecō
trario si fuerit in aspectu fortunarum.
¶ Qō si ignoras signū accipe questio
nem inde: t respice si dominus ascen. et
luna fuerint cum malis: capietur ciui
tas. Et econtra si fuerit cum fortunis.
¶ Qō si sa. aut mars fuerit in vno angulo
rum capietur vi. Et si dominus ascē. fue
rit in .8. aut undecima domo inter
ficient homies ciuitatis. Et si fuerit for
tune t mali in angulis: respice fortiorē:
sicut dixi in libro principii sapiencie. Et
sciendum q; si dominus septime fuerit
in ascendēte aut in .8. aut .12. vel secta
t fuerit malus malum est hoc perfecte.
Et si fortuna capiet ciuitas t non inter
ficientur homines. Et si malus fuerit in
ascen. t fuerit oīs: occurret timor ani
marum: t non erit malum cum capta
fuerit ciuitas. Et sciendū q; si fuerit pla
neta in domo undecima: t propinquus
domino ascen aut suo lumini: denotat
capturā ciuitatis: quādo ingredief pla
neta principii domus: t propter hoc qō
retrogradabitur: t non poterit ledere.
¶ Et in questione pro latrocinio. In
spice si dominus septime vim dederit
domino ascen. tūc apportabit quod fu
ratus est latro. ¶ Et similiter si fuerit
sub radijs solis et ipse in ascendente
aut quod dederit vim domino ascendē
tis. tūc restituetur latrocinium propter
vim regis. t propter ipsius timorem. Et
similiter si dederit vim oīs loci solis:
aut domus. 7ᵉ. vim domino ascen. Et si
dominus .3ᵉ. fuerit in ascendente: redi
bit substantia ad suum dominum. Et si
militer si dominus .7ᵉ. aspiciat dominū
ascen. t det vim dominus .2ᵉ. domino
ascen. ¶ Et similiter si dominus: 8ᵉ. de
derit vim domino .2ᵉ. in vno angulorū
Et sciendum q; si luna dederit vim do
mino ascen. h̄ est dimidium testimoni
um q; reddetur latrocinium. Et simil
ter si dederit vim soli. ¶ Qō si domin⁹
ascen. vim dederit domino .2ᵉ. non in
uenietur amissum. Et similiter si fuerit
dominus .8ᵉ. in ascendente. aut dominus
2ᵉ. in .8ᵉ. Et eodem modo si dominus
2ᵉ. domus dederit vim domino. 7ᵉ.
Et si oīs ascen. fuerit in .9ᵉ. latro. exiit
ciuitatem: t si fuerit in domo dominus
2ᵉ. iam latrocinū separatum est a ciui
tate. Et si luna dederit vim oīo. 7ᵉ. non
inuenietur latro. Et si luna fuerit cū for
tuna bonum est pro latrone: t malū pro
amittēte. Et econtrario si fuerit cum ma
lo. Et si oīs. 7ᵉ. t dominus ascen. dede
rit vim planete qui fuerit in vno angu
lorum capietur latro: t inuenietur latro
cinium manu alterius sm naturam pla
nete qui fuerit in angulo. t scōm angu
lum: quoniam si fuerit angulus. 10. erit
manu regis: si primus erit manu perdē
tis substantiam. Si autem in .4ᵉ. manu
aliquorum suorum parentū. Et si in .7ᵉ.
manu sociorum. ¶ Querens pro parti
cipatione vide si dominus .7ᵉ. sit in bo
no aspectu oīs ascen. t habuerit posse
in domo scōa: aut in parte fortune: tunc
erit bonum t finis bonus. Quod si
mars aut saturnus fuerit in septima signifi
cabit participantem mendacem t vim
inferentem.

¶ De octaua domo.

IN questiōe amissi aut serui fugi
tiui: aspice dominum ascen si fue
rit retrogradus aut si dederit vim pla
nete retrogrado reuertet seruus ad suū
dīm. Et sīr si fuerit oīs asc. cū malo. Et
econtrario si fuerit directus: aut si fuerit
cum fortuna. Dixerunt t aliqui q; tu po
nas ascen. domino serui. t septimā ser
uo: t si dominus .7ᵉ. dederit vim domi
no ascend. reuertetur seruus sponte. Si

antē dominus. 7ª. fuerit sub luce sol ser
tus capiet. ⁊ peius erit si fuerit in duo-
decima aut sexta. Et discordia est inter
sapientes questionum in ista re: quoni-
am aliquando dicitur, accipe ascendē. ⁊
dñm eius ꝑ seruo: ⁊ solem. ⁊ 10. ꝑ eius
dño ⁊ ꝑ amisso ea ab. amittēti: ⁊ ei⁹ do-
minū ⁊ rei amisse octauā ⁊ dñz eius. Et
dominus sēde ⁊ dominus partis fortune
sortes sunt valde. ⁊ pars similiter amis-
si. ⁊ vindicabis vt videbis. ¶ In que-
stione autem ꝑo timore: inspice si fue-
rit dominus ab. ⁊ luna in bono loco. ⁊
non fuerit malus in vno angulorum: ⁊
non cum domino signi: aut principante
si non fuerit dominus aspiciens gradus
ascen. non occurret ei timor. Qđ si luna
trāsierit ⁊ supra fuerit: aut dominus do
mus in coniunctione mali mī quantuz
eius lux extēditur aut in gra. 1. in visio
ne: inerit ei timor in anima: ⁊ cogitatio
ne: verbo: atqz somnio. non tamen egre
dietur ad actum. Et si fuerit: dominus si
gni sub luce solis: aut in domo duodeci
ma sexta vel octaua uerit sibi timor: ⁊
non iactura: nisi malus fuerit in vno an
gulorū. Aut cum domino ascen. in vno
angulorum tunc erit malum attingens
ipsum ⁊ non effugiet inde. ¶ Qđ si aspi
ciant fortune: indica sm vim fortunarū
⁊ malorum sicut scriptū est in libro prī
cipii sapientie. ¶ Et scias q⁹ sapientes
interrogationum dixerunt multa vt sci
rent locum rei absolute. ¶ Et ego scri-
bam illud in fine huius libri.

¶ De nona domo.

IN questione ꝑo itinere aspice si
dominus ab. fuerit in nona do-
mo. ibit enim tunc cito ad libitum suū.
Qđ si dominus none fuerit in ascen. ac
cidet ei q⁹ iter faciet. Et si dñs ascen. de
derit vim domino none tunc faciet iter
⁊ nunc omne dictum est in itineribus
longinquis. Et similiter aspice dominū
dom⁹ tertie in ꝓpinquis. Et aspice lu
nam: quoniam virtus eius est fortis in
itineribus: ⁊ similiter martem. ¶ Pto-
lemeus inquit: si fuerit sa. in domo. 9ª.
in itinere maximo denotat tempestatē
magnam in mari. Qđ si mars fuerit in
terreno: denotat ꝓdones iuasuros itī
nerantes. ¶ Dicit messaballac: si fuerit
significator qui est principans in. 4ª.
femini. respectu gra. ascen. denotat iter.
Et sm sententiam meam non est ℔ verū
omnino nisi fuerit in. 7ª. tantū. Et quo-
niam ista est domus rumorū: quos de-
nunciant nūcii. Dicam illud qđ dixerūt
antiqui. Dixerunt nāqz. si fuerit ascen. si
gnū fixū rumor ē verus. nisi fuerit scor.
Verum est enim q⁹ non debemus confi
dere in ipso. Et si fuerit signum mobile
significat falsum mendosum. Et si fue-
rit signum cōmune partim erit verus ⁊
partiz falsus. Et respice locuz lune: ⁊ ac-
cipe testimoniū: si fuerit i signo fixo ma
mobili vel cōmuni. Et fortune quidem
significant veruz si fuerint in angulis: ⁊
mali falsum. non fuerit rumor de bellis
aut lite. Et mars in vno angulorum ve-
rus erit. Qđ si iupiter illic fuerit: non cō
fidas q⁹ sit verus: quoniā ℔ est contra-
rium nāe sue. Et similiter si sa. fuerit in
vno angulorū ⁊ sit rumor de morte: aut
captiuitate: vel morbo erit verus: ℔ tñ
est eius natura. ¶ Albumasar dicit. re-
spice ne sit mars in angulo. neqz in. 7ª.
quoniā omne q⁹ indicabis falsum erit.
Et similiter dixerunt plures de scor. Et
si signum mobile fuerit in vno angulo-
rum: verus est ꝓ maiori parte. Quo-
niam fortior est angulus signo mobili.
Et inspice semper: si luna fuerit in vno
angulorum: verus enim erit. Qđ si in ca
denti falsus: in succedenti vero partim

veritatis partim falsitatis continebit. ℂQ̃ō si fuerit planeta recipiens lunam in angulo primo verus erit nondum tamen auditus est: neq; probatus omnino. Et econtrario si fuerit in angulo. 10. q̃ si fuerit in angulo. 4°. celatus ⁊ occultus erit: vsq; ad terminū. ℂQ̃ō si q̃stio fuerit denuncio bonuꝫ vel malum portante littera. Aspice illum qui mittit litteram: a planeta: a quo separatur luna cōiunctione vl̃ aspectu: ⁊ similiter a domino ascen. Et inspice illum propter quē fuit facta littera. aut ad quem fuit missus nūcius a domino. 7°. domus: ⁊ planetam cui luna vim dederit: locumq; lune: ⁊ aspectum planetarū ad eam: si fuerint fortune aut mali. Et similiter locum mercu. quoniam eius vis est magna in litteris. ℂEt eodē modo iudicabis.

ℂDe decima domo.

SI quis quesierit: vtrum a rege dominiū obtinebit. Da dominū ascen. interrogati. ℂQ̃ō si fuerit cum sole i aliquo angulorū: ⁊ fuerit receptus adipiscet petitionem suam. ℂQ̃ō si non fuerit in aliquo angulorum promittet rex eius voluntatem adimplere: non tamē adimplebit. ℂEt si non fuerit receptus a sole: fueritq; combustus: irascetur rex sup eū. atq; ĩcarcerabit. Amplius respice dñm decime fm latitudinem regiōis nam fortior est domio domus decime in gradibus directis: q̃uis ipsi fortitudo insit. Et q̃ ipse dominum ascen. aspiciat. aut principantē. Et si non aspexerit dominum ascen. respiciat gradum ascē. erit vera. Et perficietur petitio querētis Et similiter si luna aspexerit dñm. 10°. domus: ⁊ sibi vim dederit: ⁊ non sit retrogradus: aut combustus. Et si fuerit dominus domus decime aspiciens: vide quo aspicit aspectu bono vel malo: ⁊ fm ℞ iudicabis. Et si dominus decime domus fuerit in ascen. non combustus neq; retrogradus obtinebit querens petitum. Et similiter si dominus ascē. fuerit in. 10°. cum aspectu fortune. Et sic iudicabis si dominus ascendentis dederit vim lune: aut planete existēti in. 10°. bonum. ⁊ melius si sit de fortunis. Nam mali non ita concedunt bonorem. Preter illos qui sunt in parte solis fortes. Et qui fuerint in aliquo signo fortunaꝫ ⁊ in terminis earum. Et melius est omnibus aspectus fortunarum ad illos. Et postq̃ dedi tibi vias quibus poteris cognoscere: si res voluntatem faciat querē tis. Poteris scire contrarium huius. Nam si non aspiciat dominus decime domus dominum ascen. aut non sit dominus decime in ascen. aut non aspiciat dominus ascen. planetam existentem in decima. Et similiter si lunā aspexerint: ⁊ non in angulo: nunquam perueniet ad actum petitio. ℂQ̃ō si videris regem voluntati querentis acquiescere. Et vis scire terminum infra quem faciet. tibi ex planabo adhuc in fine libri.

ℂDe vndecima domo.

SI queratur pro mercantia: an vēdi possit cum vtilitate: da ascen. domino mercantie. qui est venditor: ⁊ vide si fuerit aspectus inter dominum ascen. ⁊ dominum septime domus: vendetur mercātia: Et similiter si fuerit planeta recipiens lumē domini ascē. ⁊ dās eam domino septime: vendetur mercantia manu media. Et si sic non fuerit non vendetur. Et inspice planetā qui fuerit dominus domus lune. demonstrat eni venditorem si adfuerit fortitudo potestatis lune. aut loco gra. ascē. aut ī termino: vel triplicitatē. Et planeta sibi dans vim fuerit in signo emptoris. ℂQ̃ō si non

inuenitur illic oimitte potestatē. ¶ Qō si queras p̄o mercantia hominis si poterit vendere homini. Scitum quidem est qō inueniet emptorem. respice si fuerit in vno angulorum non vendet nisi tarde. Qō si fuerit malus in vno angulorum. ⁊ non habuerit posse omnino: non vendetur mercantia. Et econtra si fuerit fortuna. Et vtroq; dicit si fuerit malus in asce. monstrabit venditorem vendere nolle. ⁊ si in septima non inueniet emptorem. Et si in domo decima reddet carior mercan. ¶ Et si fuerit in quarta egredief statiz mercatura ex ei⁹ mā. ¶ Et messahallac ait si fuerit malus in asce. p̄det in ea dominus illius. Qō si fortuna econtra. Si autem fuerit dominus secunde in asce. vendetur tota mercan.

¶ De duodecima domo.

Ista domus. 12. denotat carcerem: ⁊ similiter secta: ⁊ aliqui dixerunt octauam similiter. ¶ Dixit Ermes aspice si mot⁹ lune fuerit citus denotat velocitatē exitus: ⁊ econtra si fuerit tarda: ⁊ dederit vim planete existēti in tertia: aut nona: ꝺ denotat velocitatem exitus. ¶ Et eodem modo si dederit vim domino none: aut tertie: ⁊ non fuerit in vno angulorum. ¶ Et sicut indicas per lunam: ita per dominuz asce. ¶ Et sciendū est quartas circuli habere fortitudinem magnam. quoniā quarte fem. significant velocitatē exitus caueris. Et quarte alie tarditatez. Et signū cōe est medium. ¶ Qō si fuerit in vno eorum rectum est vt ueruz incarceret. ¶ Qō si videris dominos angulorum in angulis non egredietur carcerez. Et deterius si fuerit dns af. in ōrta: aut qō vim dederit dominus. 12. dño af. aut dominus asce. sibi. Deterius quoq; adhuc qō dominus asce. dederit vim planete existēti in angulo. Qō si fuerit ex malis deterius erit. ¶ Qō si fuerit dominus octaue domus morietur in carcere. ¶ Et sciendus si luna dederit vim domino asce. hoc signum est malum. Et deterius adhuc si planeta qui fuerit in angulo est tardus cursu. ¶ Qō si velocitas diminuetur ex malo. Et planeta omnis retrogradus denotat tarditatem. Qō si dominus ascendentis fuerit cōbustus non egredietur vnquā. Et si non fuerit receptus a sole omnino morietur illic. ¶ Qō si vis scire voluntatē illius qui ipsum incarcerauit: inspice domū septimam: ⁊ vide dominū eius: aut dominū honoris: si non aspexerit dominum domus: ⁊ aspexerit dominum honoris: ⁊ sciat qualiter sicut ipsi ⁊ aspectus ipsorum cum asce. ⁊ dominus eius cū luna. Et ꝑz aspectus iudicabis. ¶ Et sciēdum q; eodez modo iudicabis de capti uo sicut de incarcerato. Neq; est inter eos differēta. ¶ Qō si aliquis queras de bestiis quas voluerit emere: aspice si fortune fuerint in duodecima: aut ita sit in domo domini domus: ⁊ fuerit in loco fortitudinis cum gra. asce. tūc est bonum vt emat bestiam. ¶ Et si dño duodecime fuerit in septima cadet de bestia: si quidez fuerit hoc fortuna non ledetur inde. Si autem malus ledetur multū. Et filr si dño. 12. dom⁹ fuerit in oppositō aspectu dñi asc̄dētis deficiet eum bestia. Sed in aspectu quarto erit timor: non tamen cadet: nisi fuerit domus asce. retrogradus.

¶ De matrimonio.

Respice si dominus ascendentis fuerit retrogradus: aut cum domino septime coniūctus: aut dominus septime sit asce. nō retrogradus neq;

combustus: erit tunc matrimoniuz. Et similiter si luna dederit vim ꝺño ascen. t fuerit in vno angulorum. Et si taliter non inueniaz t videris ꝙ planeta fuerit separatus a domino septime: aut ab ascen. t vim dederit vni eoꝝ perficietur matrimoniuz mana media. ℂ Qꝺ si videris ꝙ dominus septime dederit vim domino ascen. hoc significat mulierem ꝺilectura dominum magis conuenienti. et in contrario huius erit ecꝯtra. ℂ Et respice locuz Ue. in questionibus maſ. Quoniam si dederit viz domino ascen. erit matrimonium. Et similiter si fuerit in ascen. t habuerit in eo potestatem. ℂ Qꝺ si videris non aspicere inter dominu septime: t dominuz ascen. t nō Ue. aspiciat: aut luna dederit vim planete cadēti: fueritq; malus. Respice domum in qua fuerit malus: inde enim lis oꝛietur t damnum: ita ꝙ in illo modo cōplebitur matrimoniuz. Et si in domo ꝑma fuerit: propter querentez erit qui nollet complere. ℂ Qꝺ si in secunda erit propter substātiaz. Et sic in aliis domib⁹ sm ꝙ significat q̄libet. Et sz ꝙ feciſti in q̄nibus maſ. ita facies in questionibus mulieruz. Et pone loco Ue. t lunc martem t solem.

ℂ De loco latrocinij.

ASpice locuz domini septime t octaue quis eoꝝ fuerit fortior: t in qua fuerit quarta: quoniam si fuerit inter decimam t ascen. latrocinium erit in parte meridiei a loco latrociniū. Et si inter ascen. t quartam: angulū est in parte oꝛientali. Qꝺ si inter quartā t septimam est in parte septētrionis. Si autē inter. 7. t. 10. est in parte occasus. Qꝺ si volueris scire meridiem aut septentrionem: si fuerit oꝛientalis aut occidentalis. Et similiter oꝛiētalis t occidentalis: si fuerit septētrionalis aut meridionalis: inspice signuz: aut est ꝺño septime aut octaue: t iudica sm eius naturaz. ℂ Q si quesiueris in meriꝺ. t inueneris illum planetam in signo meridionali respice naturaz planete: t ꝺimitte signum. Et ita monstrauit tibi: quoniam iupiter significat septentrionem: mars meridiem: sol t mercurius oꝛiēs. Et sa. t luna: occidens. Sed in ve. est ꝺi scoꝛdia: quoniam voꝛonius ponit eam occidentalis: ideo ei⁹ bonoꝝ est oppositus bonoꝛi mercurii. Et messahallac ponit Sa. oꝛientalis: ideo facientem babz in signis oꝛientalibus.

ℂ De occulto.

NOn inueni aliquid i eo a Doꝛotheo. Sed Ptolemeus ꝺicit non posse sciri. ℂ Et ego scribam tibi illud ꝙ ve ꝺicit Messahallac: t ꝙ ꝺicit Kanaka qui fuit indus. Direꝝ enim si fuerit vna fortunarū in af. i angulo veruz ē ꝙ illic ē occultum. Et sic si luminaria fuerint in aspectu fortunaruz. ℂ Qꝺ si vnus maloꝝ fuerit in angulorum aliquo occultum est falsuz t mendax. Si tamē fuerit i ei⁹ domo ē verꝝ. Et ꝺicit ꝙ aspicias angulū in quo fuerit fortuna si fuerit oꝛiētalis aut occidēt'al' aut meridionalis vel septētrionalis: occultū illic exist. Et postea accipe a loco fortitudinez ꝺbus libz. 7. g. cū ꝺimidio: qm̄ sūt quarta signi. Et incipe numerare a signo in quo fuerit fortuna: t inspice signum in quo numerus finietur. Et postea accipe dominum illius signi: t facias ita sicut feciſti donec scieris locum. Et kanaka ꝺicit: aspice si fuerit fortuna in signo fixo: occultū est sub terra. Q si i cōmuni est in pariete. Si vero in mobili est in trauatura. ℂ Et ꝺic ꝙ si planeta fuerit in aspectu martis occultuz est igit̄ ꝓ-

in nat̃.contingit nocumentū magnum. Quoniā signū bonū quod eligeris non apparebit cōtra fortitudinē eius quod fuerit in nat̃.Sed si nō fuerit nocumētū in via:vnde prevenerit electio: videbitur eius fortitudo.

¶ Capitulum de duplici modo electionis.

¶ Lectiones fiunt. 2.modis. Unꝰ est verior: ⁊ ē vt scias nat̃.hominis.Et scias locum signi ipsius ⁊ locum fortunarum:⁊ malorum.¶ Qō si scire ris caue tibi: ne ascendat signuz in quo fuerit malus ī loco electōis:nisi īdigeas isto signo propter necessitatē domorū. ¶ Si vis ire ad regem ad acquirendū dignitatem:tua interest vt facias ascendere:ascen.signū aut decimam domum aut locum solis: si non fuerit in domo mala.¶ Qō si ascenderit ei:non ascendat in gradu in quo est lux ipsius.Et est melius vt dimittas. Sicut si fuerit signuz decimū. 10.gradu tauri: ⁊ saturnꝰ fuerit in grad.duodecimo non ascendat in eligendo gradu. 17.negz alicꝺ gradꝰ qui sit ante istos grad.sed.9.grad. post istos vt disturbet lux sa.¶ Et si natus querit discere:aut adire reges fac ascendens decimam domum. Si autem pro mercantia vndecimā.Et si pro emptione bestiarū duodecimaz. Si autem pro hereditate octauam:si pro mul.septimā Et si pro exitu bellorum domuz. 1.que est radix.Si autem pro acquisitiōe substātie domū secundā;siquidem pro via ꝓpinq̄ tertiā:⁊ si ꝓ remota nonaz;⁊ si ꝓ emptione terre quartam;si pro puerio quintam.Si vero pro emptione seruorum fuerit sextaz;⁊ si pro delitijs quintam. Si autem pro potu medicine aut medicamine pumam. quoniam hec est domus vite eius: aut domum quintaz: aut decimam aut vndecimam. ¶ Et si fuerit malus in nativitate in vno istorū locorum predictorum:aut q; fuerit illic electionis hora:elige domum septimā: aut nonam. ¶ Qō si non potes eligere eundaz,Et caue ne sit domus serra: aut octaua vel duodecima. Et discordia est inter sapientes de domo quarta. ¶ Et fm sententiam meam non est mala omnino: ⁊ maxime si fuerit illic fortuna. ¶ Et Ptolemeus iubet in omni nativitate semper aspicere principalem in ea: idest quod principatur in. 5. locis vite: ⁊ non eliges signuz nisi illud cui" principalis fuerit in bono loco.Et ita faciemꝰ si sciuerimus nativitatez,accipiemus.n. via intellectus planetam principantem in eo qui fuerit nature humane.

¶ Secunda via electiōis.

¶ Ja communitatis est:vt quera-mus semper planetam significātem rem querentis:⁊ tunc faciamus electionem:⁊ veritas est: quoniam si equauerimus cōmune ⁊ particulare:erit tūc melius:quoniaz si inquisiuerimus verba mul.est adequare locum Lie.⁊ lune: ⁊ similiter planetas fm eorum naturas. Et equare debemus semper locum lune: quoniam est media inter mundum superiorem ⁊ inferiorem:⁊ denotat omne q; accidit bol.Et ipse sunt lune aptationes: vt nō fit cū malo: sicut est mare aut satur.vel mercu.si fuerit ī mala mixtura:nisi fuerit electio pro homine qui incipit bellare cum alio. Bonum est vt separetur luna a foꝛ.⁊ det vim malo. Et melius si malus fuerit dominꝰ gra. ascē.Et si oportet te eligere:⁊ fuerit luna cum malo:pone asc̃. leonē:aut sagit. vel aquar. ¶ Qō si nō poteris pone lunam in cadenti loco.Et si sint viri in cōiunctione:ita dico in oppositiōe: ⁊ aspe

ctu quarto: quãuis sit leuior. Et aspice ne sit luna sub radijs solis: nisi volueris facere rem occultam: & in celando consilium similiter erit. Et non det vim planete supra terram graduz ascen. & pone lunam in domo decima aut vndecima: vel septima: aut tertia: & non in alia domo. et fuerit luna a coniunctione vsq; ad medietatem mensis. ☾ Quõ si oportuerit te eligere die qua luna fuerit cuz marte: respice si fuerit inter oppositiõez et coniunctionem. Et non dubites: & caue ne sit tunc cum saturno. ☾ Et ecõtra si fuerit cum saturno. non impediet nisi modicum: & cum marte nocebit multuz. Et si in ingressu martis: luna fuerit cum saturno malum est valde. Et non similiter cum marte. Si vero & luna cum marte malum est valde: & non similiter in mari. ☾ Luna quoq; si fuerit recepta a malo minuetur multuz de malo. Et caue ne sit luna tarda cursu: neq; eius iterum latitudo meridiana. ☾ Et si nõ potes: poterit esse vt sit ascendens meridionalis. Et sm sententiam omnium antiquorũ caue ne sit luna cuz capite draconis: aut caude eius. Et sm meam sententiã cauda est mala: non autez caput. Et debes inspicere in omni electione quã facis: ne sit luna iũcta planete in opposito ecliptice: aut in fine meridiei: vel in fine ascensionis in grad. quando dies est sicut nox a grad. mali. Et si volueris facere rẽ stabilez pone lunaz in signo fixo extra signuz scorp. Et taurus est melior alijs. ☾ Q. si vis eligẽ p re successiua non definente: pone lunaz in vno signorum cõmunium: & pisces: & virgo sunt meliores alijs. ☾ Q. si vis facere rem non stabilem: pone lunam in signo mobili nisi in capricor. Et sm scientiam antiquorum: caue ne fuerit luna: a. 19. gradibus vsq; ad finem.

De prima domo.

Si vis vti medicina: aut potare potationem: pone lunaz in signo aquatico: & scorp. melior est ceteris: preterea tamen gradus dedecoris qui est tertius. Et bonuz est vt luna sit in sua fortitudine: q; nõ det vim planetis. ☾ Dicit Ptolemeus si fuerit luna in aspectu iouis quando bibit laxatiuam nocebit: nisi qõ venus è melior. Et caue ne aspiciat mars aut saturn. vel mercu. si fuerit i mala mixtura quocũq; sit aspectu. Q. si non poteris fac: et luna distet a grad. aspectus: sicut est numerus lucis mali. Et caue ne luna vim dederit planete retrogrado: quoniaz sumens enomet potionem. Et fiet si luna dederit vim planete existenti supra terraz respectu grad. ascen. hora potationis: & ideo debes tibi cauere. ☾ Dicit Jacob Alchindi si volueris euacuare coleraz rub. pone lunam in signo igneo. ☾ Et in euacuatione melancolie pone in signo terreo: nisi in capricor. Et pro euacuatione flegmatis in aqueo. Et pro minutione sang. in signo aereo. Et hoc quidez est sermo in minutione sanguinis: aspectus martis tertius aut sextus bonus est pro minutione. & saturn. malus. Et bonuz est eligere vt non aspiciat omnino. Et omnes sapientes sunt concordati minutionem non competere cum fuerit luna in gemini. ☾ Et ratio est scita: quoniam luna illic habet brachia & manus. Et hoc dicit Ptolemeus: caue ne tangas membra ferro i quo luna extiterit respectu signi ad. qui est caput: sicut si foret luna in cancro qui denotat pectus: q; non est bonũ facere cauterium in pectore: fit enim ex ferro: & hoc est sm eius sententiã: & sententiam plurimorum. ☾ Est q; discordia inter sapientes in aspectibus solis

ꝛ lune: dixerunt enim aspectum quartū ꝛ oppositum malum. Trinum aūt ꝛ sextum bonum. ℂ Sed ego dico oēs aspectus solis ad lunaz fortunatos: quoniaz lumen eius est ex luce ipsius: ideo si viderit luna vim soli quocūqz fit aspectu: quando sumit lazatiuam ad salutē corpozis: non impedier: nisi q; nō est combustus qō sol fuerit supza terrā. ℂ Ptolemeus ait si vis causare vomitum: facias lunam dare vim planete qui fuerit supza terram. Et melius si luna fuerit in tauro. Et sm meam sententiam adde quod det iterum vim planete retrogradi: non sit tamen aspectus infortunatus cuz malo existenti in aspectu: tertio aut sextili: nisi cuz fortuna non curatur quis sit aspectus. Et similiter sol sz meam sententiam si fuerit supza terraz. Et ego vidi hanc rationē in hac domo: propter hoc q; medicina prodest corpori: ꝛ ipsa valet est vite.

ℂ De secunda domo.

SI volueris emere aliquid causa lucrandi. Pone lunam in parte empti: ꝛ addētez curſu: iterūqz latus ei⁹ crescens: ꝛ sit in aspectu fortunato alicuius fortune. ℂ Q; si poteris pone gra. ascen. in tantum qō sit luna in vno angulo; aut in succedēti vel in domo 3ª. tunc. n. erit melius. ℂ Qō si nō poteris fac vt det vim vni planetaruz existenti um in locis predictis: si fuerit fortuna quocūqz sit aspectu. Et si malus erit de aspectu. 6°. aut. 5°: Et cave ne sit planeta recipiens vim domino octave domus: quoniam significat amissionem. Et q; iupiter denotat substantiam: rectum est vt ponas ipsum in angulo aut in succedenti: vel in secunda. Et respice ne sit in domibus alī. Qō si fuerit in loco fortunato cave ne sit combustus: aut retro gradus: aut cū malo: aut in aspectu eius Qō si poteris facere tantum vt ascendat signum q; sit respectu lune in domo vndecima loco lune tunc bonum erit perfectum. ℂ Qō si volueris mutuare pecuniam tuam: pone dominum secunde domus ante fortitudinem domini aſcē. Et aspice locum lune: vt sit in aspectu mercu. Quod si fuerit retrogradus non curet. Sed inspice ne sit combustus: et qō non det vim planete fortune aut malo. aut existenti in domo lapsa vel in octava.

ℂ De tertia domo.

SI volueris eligere hozam in discendo lege pone lunam in. 1. domozum iouis. ꝛ est bonum vt sit aucta lumine. ꝛ melius si ipsam aspiciat. iupiter quocūqz sit aspectu. Qō si fuerit planeta in domo tertia aut rediens ad eam cave ne det vim planete retrogrado: quoniam cogitabit: ꝛ obmittet qō vidicerit: iterum q; non sit planeta combustus: quoniam significabit rem ipsius in prosperari. Itidem non sit planeta in domo lapsa: quoniam odiet discere ꝛ obmittet. Qō si fuerit planeta recipiens malus: tunc deterius erit ei. ꝛ si fortuna erit leue. ℂ In itinere quidem propinquo: cave ne sit sa. in tertia si iter fuerit aquaticum. Et mare non sit similiter in tertia si fuerit terreum: ꝛ considera bene: quoniam expertum est ab antiquis Et ego similiter sum expertus. Et cave ne ingrediaris iter neqz longinquum aut propinquum hora sa. ℂ Sapientes omnes consenserunt q; ille qui mare ingredi vult sa. hora debet submergi: nisi secum iupiter extiterit: aut in aspectu bono angulozum vnius. Et cave ne igrediaris iter aquaticū sub signo igneo quoniam octava que domus est mor

tis signum est aqueum. Et melius est cum fuerit aliquod eoꝝ ascendēs. Qō si posueris cancrum ⁊ non aspiciat luna ipsum bono aspectu. aspectus iouis est bonus. Pone aspectum bonum ⁊ dominum tertie in aspectu fortune. ⁊ non sit malus in eius domo. neqꝫ aspectus malus secum. ¶ Et similiter ascendens ac ipsius dom⁹ sit in loco bono directo nō cōbustus: ⁊ qꝫ nō sit i tertia planeta retrogradus vel combustus. Et fortitudo domini hore in omni re est sicut fortitudo domini ascen. Et cave ne sit luna in itinere marino in pisci. nisi fuerit cū ioue vel ven. aut vim dando vni eorum existenti in loco fortunato solis. Et similter si quesieris preliari in mari. Et ego adhuc. loqr de isto in domo nona.

De quarta domo

QUi voluerit emere terram: debet ponere dominuꝫ quarte in loco fortunato respcū gra. ascen. Et qꝫ luna sit in signo fixo. quoniam terra est contraria aeri. iō dixerunt antiqui qō in omni itinere sit luna in signo mobili: ⁊ ꝫ est verum. Et pro omni eo qō vis emere debes ponere dominum domus lune i loco fortunato cum ascen. quoniam denotat finē cuiuslibet initij: ⁊ scias qō si sa. fuerit in loco fortunato quādo emit terram prodderit: sed mars impediet si fuerit in vno angulorum: ⁊ non sit sa. dum tamen sit orientalis a sole. Et sciēdū est qꝫ domus 4⁹. est terraꝫ cā homini. ⁊ habet terras: in mat. regum patrias. ¶ Et si rex voluerit construere civitatem vel duratiuam: facias ascen. signum fixum: ⁊ aquarium. Et melior oibus: ⁊ sit luna in loco fortunato: ⁊ gra. astē. in aspectu fortune existenti in angulo: melius erit enim. Et qꝫ dominus ascen. nō sit retrogradus: neqꝫ cōbustus: nō malus: neqꝫ cum aspectu malo. Qꝫ si ōuo luminaria dominum ascen. aspiciant: tunc erit melius nihilqꝫ est melius eo. Qō si poteris ponere sa. in. 12. ⁊ martem in secta erit bonum: ⁊ non ponas eum in tertia aut nona. Et si poteris pone sa. i vndecima domo in die, ⁊ in quita in nocte: ⁊ martem econtrario huius. Qꝫ si rex voluerit fundare murum vt custodiat civitatem suam. Cave ne ponas signum mundi. 7⁹. signi prime: quoniam ꝫ est signū suorum inimicorum. ¶ Dicit Ptolemeus in principio fundationis civitatis aut hospitij quoniam totum est idē: si posueris dominum ascen. in loco sue augis bonum erit: ⁊ econtrario si descenderit in opposito augis. Et ista est aux excentrici: quoniam nō est planeta in sua depressione epicicli: nisi fuerit planeta retrogradus. Et nō oportet dicere: quoniam retrogradatio est turpe valde: nō enim perveniet ad lucem omne inceptū in ea. Rursus dixit Ptolemeus: si fuerit malus: in decima domo: ⁊ non in eius domo: aut nō in domo sui honoris: ruet edificatū. Et deterius si fuerit in domo 10. nisi qꝫ sa. paꝫ impedit respectu martis

De quinta domo

SI volueris gignere filios masculos. facias ascen. masculinum. ⁊ dominus eius sit in loco bono. non combustus: non retrogradus: neqꝫ cum malo: neqꝫ etiā in aspectu malo: sitqꝫ dom⁹ hore mas. planeta. ⁊ in quarta mas. respectu gra. ascen. sicut predixi. ¶ Et dixerunt sapientes qꝫ luna a coniunctiōe vsqꝫ ad oppositionem denotat mas. ⁊ est rectū apud eos ppter caliditatem: qꝫ si poteris pone iouem in angulo: ⁊ in qē ta mas. respectu solis: aut respectu gra. ascen. ⁊ iterum in signo mas. fortunato. ¶ Et si volueris generare femi. fac do-

minum hore semi. ☉ si non poteris po ne ipsum in quarta semi. a sole: aut gra. ☌. Itidē luna figt semi. ☾ ☌ semi. ☉ si non poteris sit dominus planeta semi. ☾ Et pone ve. in vno angulorū. Et ca ue ne sit iupiter in angulo. Et omne qđ dixi rectum est ☾ verum: nisi q; semper debes inspicere ne sa. sit in vno angulo rum. Qđ si non poteris pone ipsum in domo quarta. Sed q; non sit mars in vno angulo; aut in domo quinta: neq; in undecima: qm̄ perdet filios. Et filr nō sit sa. in ḋnta. Qđ si nō poteris: sit aspe ctus fortune cū dño domus quinte. Et caue ne sit luna cū malo: aut i eius malo aspectu: quoniā si uta fuerit mulier peri clitabitur cum filio ☾ hoc expertum exi stit. Et antiqui dixerunt multa volenti parare comunium magnum. Debet enī ve. poni in loco fortunato: ☾ qđ nō aspi ciat dño. ☽. ascend. aspectu infortunato neq; domin⁹ eius. sit q; luna in loco for tunato. ☾ Et volenti ingredi balneū sit luna in signo aqueo: sine aspectu infortu nato martis ☾ sal. Et si mars fortunato aspiciat aspectu non nocebit imo prode rit sicut dixerunt antiqui.

☾ De sexta domo

Si volueris emere seruum vel an cillā: sit luna in domo mercu. aut in tauro. Nam si fuerit in leone erit ser uus comestor: ☾ dominus principatus. Et si sagita. vel capricor. fugiet redibit ☾ morietur cito. Qđ si luna fuerit in pisci. de fraudabit seruus dominum suum: ☾ non vult eum ledere perfecte: neq; ser uus erit veridicus: Qđ si poteris pone dominum sexte in signo humano in bo no aspectu cum gra. ascendente: ☾ si cū eius domino: tunc erit melius. Et caue ne sit oppositum ascen. in opposito suo rum dominorum. Quod si fuerit oppo situm secunde domus faciet domum su um amittere substantiam. ☾ Dixit bo ronius si fuerit dominus sexte boza em ptozis in domo tertia aut in nona: fugi et seruus a suo domino. Si autem re trogradus diliget dñm suum ☾ reuertet ad ipsum. Qđ si cōbustus morietꝫ cito.

☾ De septimā domo.

Si volueris trahere vel mouere regem aut principem in bellum aut ad guerrandū regem: locum pstā obserua. Qđ si intrauerit mare non sit ascen. signum igneum: quoniam tribula tio magna occurrit sibi in mari. Et bel lare in scorpi. est bonum: dum modo sit mars in bono loco. non enim sit com bustus neq; retrogradus. Et si poteris pone ve. dominā septime: ☾ qđ vim det marti: quocūq; sit aspectu: tunc enim ē melius. Et sine dubio vincet illū q̄ egre dietur eius inimicum ☾ faciet voluntā tem suam et eo. Quod si ascēdant pis. ☾ iupiter nō fuerit ī loco fortunato. pone ve. in loco fortunato. Et pone mercu. do minū septime in loco malo combustuꝫ vel retrogradum. Et caue ne ascendat cancer: quoniam eius planeta est infir mus: nisi illuc fuerit iupiter in angulo vel in decima: quoniam in septima est domus sue tristicie. ☾ Et non est bo num vt sit dominus ascē. aut bamino in eo. i. ille cui dat vim sa. i domo q̄rta nisi aspiciat luminaria non enim debi tes tunc: quoniam aspectus luminariū trinus: aut sextus cum domino ascen. aut bamino: bonus erit: aspectus quar tus est medius. Et in signis lōgis ☾ rec tis semper est bonum: nisi sit aspectus oppositus: ♄ enim semper malus: quo niam planeta est tunc retrogradus. Et si fuerit dominus ascen. retrogradus statꝫ fugiet: propter eius inimicū. Qđ si suc

sit plta supior euadet: ⁊ si iferior capiet aut occidet. Et si poteris facies lunā se parari a cōiūctōe mali ⁊ sol: aut in aspectu fortune: ⁊ si cecderit vi malo: aut fortune cadenti: ⁊ combuste: vel retrograde: ♄ est bonum. Et ratio est quoniam planeta a quo separatur luna denotat illum qui accedit ad bellum. Et planeta cui vim dat luna denotat inimicum. Et si bellum fuerit in terra facias ascen. arie. ⁊ sit mars. vel sol in loco fortunato Et cane ne sit sa. in. 8ª. quoniam hec est domus sui honoris: ⁊ ipse est planeta superior. Et si capricor. ascenderit: aspicane sit iupiter in cācro. Oz si posueris capricor. ascendēte: ⁊ illic lunaz: ⁊ fuerit orientalis a sole, ♄ est bonū. Et si poteris ponere dominum septime in septima: ⁊ cet vim domino ascen. ♄ est bonum. ⁊ similiter si fuerit illic planeta inferior. cane ne sit dominus ascend. in domo .7. quoniam semper vincetur nisi fuerit ex superioribus: ⁊ fuerit fortis ex parte solis: non vincet tunc: neqz vincetur. ¶ Et si non vincetur: sed non perfecte: quoniā planeta est superior. Et si posueris ascen. leonem bonum est: nō sit tamen sat. in aquario. Qō si fuerit in libra nō dubites quoniā cadet respectu grad. ascen. Et si fuerit combustus aut retrogradus: aut in domo cadenti: hoc est bonū. ¶ Et antiqui dixerunt si fuerit mars in domo septima vincetur inimicus. ¶ Et ego dico qꝫ malus accidet sibi: ⁊ similiter in cadenti eum: nisi fuerit mars in capricor. quoniā hec est domus honoris eius. Qō si fuerit in septima erit damnū illi qui vadit guerratuz Et si poteris aptare locum domini hore proderit. ¶ Qō si poteris sit dominus hore de planetis superioribus sole aut ♄ met: tunc enim erit melius. ¶ Quod si volueris accipere vtorē pone lunam in loco bono: ⁊ quod lumen eius non sit diminutū. Et si poteris: fac vt det vim fortune: aut soli qui alias est melior et pone verī. in vno angulorū: aut in succedenti. Et signū ascen. viro: ⁊ septimam vtori ¶ Et ita dixerunt antiqui ⁊ aptauerunt locum illorū. 2. Et si posueris signum. 7. in signo aqueuz denotabit augmentum infantium. Et cane ne sit iupiter in domo lapsa: neqz combustus: aut retrogradus. Qō si non poteris sit inter oppositū solis ⁊ stationē eius secū daz. Et si fuerit luna separata ab aspectu mali: tunc habebunt gaudiū multum: et delectationem. ¶ Et antiqui dixerunt magnum ⁊ ego sum expertus. Quoniaz ille qui ex nat. habuerit quod sit habiturus bonū ex muliere inueniet occasionez: ⁊ accipiet vtorem in proportione fortunata planetarū: ⁊ in contrario contrariū. ¶ Pro societate autē pone iouē in loco bono: ⁊ pone dominuz septime in bono aspectu cum domino secunde: ⁊ cum domino. 8. quoniā si fuerit contrariū dissipabit eius substantiā. Et nō sit mars in vno angulorū: quoniā denotat ingenium ⁊ litē. Et si poteris ponere partē lune in loco fortunato erit bonuz. Et si nō aspiciat sa. est bonū melius oī.

¶ De octaua domo.

Si volueris querere perditū. Sit dominus octaue in ascen. ⁊ si fuerit retrogradus tunc est melius: nisi qꝫ non sit cōbustus: quoniā significat dominū pdit: aut qꝫ det dominus octaue vim domino ascen. vel soli: ⁊ non sit sa. in angulo. ¶ Et si poteris: pones saturnum in signo mobili: ⁊ cet vim planete retrogrado: aut domino domus: aut planete existenti in vno angulorum: aut in succedentib⁹ cōiunctis: tunc enim est bonum. Et si fuerit luna cum malo: aut

in aspectu infortunato tunc est bonum Et inspice quod sit cum fortuna.

De nona domo.

Ori quidem te aspicere: ne sit sa. dominus boze in itinere mario. Et similiter caue ne sit in decima: quoniã frangeꝫ malum aut cadet. Et si fuerit in signo ascen. operabitur malũ secũdũ eius locum Et si fuerit in aqueo faciet tempestatem magnã. ℂ Qõ si ipse in allo loco in signo terreo tranſibit nauis super scopulũ ⁊ frangetur. ℂ Et si in signo aqueo ventus validus nauem cõmouebit. Et si ī igneo frangetur tabula nauis. Si autem saturnus fuerit in septia frãgeꝫ pupis: aut malũ aliud occurret illic ei. Qõ si in quarta intrabit ipsaꝫ aqua. Si autem in signo humano bellabunt pirate contra homines nauis. Et secundũ vim domini signi ⁊ bozaꝫ qua incipiet nauis intrare aquã: ſſr erit qꝫ euadat: aut moziantur: vel capiantur.

ℂ Dicit dozonius: caue ne sit luna prima piscis medietate: quoniã significat ipsam submergi. Et est malũ sicut sum expertus: nisi fortune aspexerint lunam tunc enim euadet. ℂ Et in itinere terreno non sit mars incontra. Quoniam denotat latrones: valet tamen aliquantulũ melius quã sa. Et adrien sagat hoc ait. ℂ Quãdo itinerabis ⁊ volueris intrare patriã: fac vt dominus secunde sit in loco fortunato: ⁊ non sit cõbustus: et non sit luna in domo quarta. Et ptolemeus dicit: qꝫ vtꝫ est bonũ: vt sit luna in ascendente quoniã est contrariũ nature eius. Et dozonius dicit ⁊ est verum. Caue ne sit malus in septima quãdo cribis de loco tuo: quoniã hoc denotat malum futurũ in patria ad quã vadis. Qõ si fuerit in domo sui bonozis in bono aspectu domini ascen. modicum impediet. Et si fuerit ille planeta almutab in nat. eius illic impediet. Et bona martis ⁊ sa. est mala in ingressu patrie. Et bo re bone sunt luminariuꝫ: ⁊ alioꝝ planetaruꝫ mediocriũ. Et ita dixerũt antiqui.

De decima domo.

Si volueris libũ scire: vel scire siam discere: aut operari artificiã pone lunã in. x. domozũ sa. Et non det vim planete retrogrado: aut combuste: ve existenti in domo lapsa. Qõ si nõ poteris: pone eam in domo iouis: aut mercurii: quoniam ipse sunt meliores domibus iouis lune pro omni re mirabili Et caue ne sit mars vel sa. in angulo. Et saturnus est deterior in hac re. Et semper facias dominũ ascen. velocez cursu ⁊ latitudo eius sit septẽtrionalis ascendẽs ad angẽ epicicli: ⁊ det vi alteri plte existẽti in angulo si poteris. ⁊ si volueris ire ad regẽ: aut ad principẽ magnũ: pone solẽ in loco fortunato: ⁊ facyt ascẽdit arieꝫ aut leo: aut scorpio: alia enim signa nõ sunt ita bona. Quoniam sapientes dixerunt planetam oĩno vi carere qui fuerit sub sole. Et similiter domus: sꝫ arieꝫ est domus sui bonozis: ⁊ leo domus. Et scorpio est abafe domus denotãtis regnũ: ac propter hoc est bonuꝫ. Et caue ne sit dño ascendentis combustus: neqꝫ oppositus soli neqꝫ in aspectu quarto. ℂ Et non dubites de luna nisi fuerit ascendens nocte: tu debes ponere angulum bonũ. Et si fuerit sol in die in domo sui bonozis: ⁊ similiter luna ī nocte: tunc est melius. Et melius si vnus eoꝝ fuerit domin⁹ boze. Et cum aspexeris locum solis. aspicies similiter locum. 10. domus fm ascensiones regionis. Et caue ne sit in opposito ascẽ sui domini Et si fuerit dominus gra. ascen. ⁊ est in eius fortunato aspectu hoc est bonum:

Et si vederit vim domino ascen. tunc est melius & nullum eo melius. Et si vadis ad hominē senez apta locū sa. sicut dixi in sole. Et si ad iudicem aut sapientē legis apta locum iouis. ¶ Qō si ad bellatorem locū martis. Et si ad mulierē magnaz locum ve. atqz lune locū. Quod si ad magistratū ppter sciēriā addiscendā locum apta mercurii: & quod aspiciat dominū ascen. & q̄ non sit in opposito ascen. neq; sui domini. ¶ Quod si volueris facere regem regratuz pone solem in loco fortunato. Et sit ascendens signū fixum. Et caue ne luna sit soli opposita: neqz opposita ascen. neqz in domo vndecima: quoniā hoc est signum q̄ aduersabunt ei subditi: & odibunt gētes: & pone dominum. i o. in bono aspectu ascen. Et istum modum obseruabis vt sis magister in docendo discipulos.

¶ De vndecima domo.

SI volueris mercari: pone domū vndecime i vndecima domo aut in grad. ascen. & non sit fortitudo eius mala in vndecima: neqz malus aspect⁹ eius. Et si volueris amorez bois si fuerit rex: pone solem in vndecima: ita qō nō sit dominus ascē. ei oppositus: neqz combustus ab eo. ¶ Qō si volueris diligere senez hominem: sit sa. in vndecima. Et pro amore habendo iudicis: pone iouē in vndecima: & non sit combustus neqz retrogradus: & recipiat dominum ascen. aut quod ipse sit. Qō si vis tre ad iudiciū contra aliquē hominē: facias sicut dictuz est de bellatore i domo 7. Et si i iudiciū post iudiciū sit iupiter i ascen. aut in vndecima: & caue ne sit in septima. ¶ Qō si nō poteris facias ascē dere vnam domoruū saturni: sed non sit combustus: neqz retrogradus: neqz in domo lapsa & sol det vim. Qō si queris amorē mul'. pone ve. in vndecima: vel in ascen. & caue ne ponas eam i septima si ipsa fuerit in domo sui honoris: quoniam hic erit inter virum & mulierē. Et pro amore sapientis: apta locum mercurii: & si vnus planeta vim dederit alij apta locum recipientis: quoniaz seruiet secundum eius naturā: & natura mercurij est mixta. Qō si fuerit luna & domin⁹ domus in loco bono tunc finis erit bonus. ¶ Et similiter si fuerit dom⁹ quarta in bono aspectu fortunaruz & eodem modo vltis domus & fuerit in eius fortitudie ex parte solis habueritqz ptātē in suo loco. Et sciendū signa recta esse meliora tortis in oibus rebus faciendis.

¶ De vndecima domo.

SI volueris emere bestiam: pone mercuriuz in vndecima: aut in bono aspectu ipsius: aut quod illic non fuerit infortuna: aut aspiciens ipsum aspectu infortunato. Et caue ne sit vltis domus oppositus grad. ascendentis: neqz eius domino: quoniam hoc denotat bestiam venire ad terram. ¶ Si volueris emere equuz: solem pone in loco fortunato in signo masculino. Si equā in signo femi. Pro asino apta locum saturni. Et pro mulo locum martis. Et pro boue locum lune: sed pro pecude locum mercurij. Non sit quoqz malus in ariete quando emes pecudem: neqz in sagittario aut piscibus: quando emes equū. Neqz in scorpio. quando mulus emes: neqz in capricor. quando asinū: neqz in tauro quando bouem. In emendo vero camellum apta locuz veneris: aut iouis: ita enim obtinuerunt antiqui.

¶ Explicit liber de electiōibus Alzabe per petrum paduanum translatus.

¶ Incipit liber luminariū ⁊ ē de cognitōe diei cretici.

¶ Capitulum primuz vniuersale vnde sumitur ratio diei cretici.

Eo facio cadere deprecationem meā ante deū meum dum anima mea i me erīstit: vt mittat suam lucem ac veritatem in coz meum: lux enim ipsius dulcis est valde: ⁊ bona animę oculis ad videndum: ⁊ nocte cuz die resplēdet: neqz ipsam nubes obtegent: nō eniz est vt solis que figitur die: neqz sicut lune: non eniz minozatur: sicut minoratio est illius lumis. Et lux ista magna egreditur ab eo: ⁊ dat luminaribus magnā potestatem in diebus. Et a luce grādioris luminaris egreditur ipsa: ⁊ dat luminari minozi vt habeat potestatez in noctibus. Et itidem celesti exercitui omni busqz planetis: a luce pro prestātiozi simul cum luminari minozi. Et fortitudo duoꝝ luminarī. quidez maioz est fortune stellarum: sol eniz est propinquus terre. ¶ Est namqz in sphera. 2. sm veritatis viaz: ⁊ est magnus valde. Itidemqz luna est eo propinquior: ⁊ cius lumen erīstit ab ipsa met solis luce. At quia celozum exercitus in gradu est altiozi non mutat suum cursum omnino: neqz alter separatur ab altero: est eniz la timdo semper in vno puncto. Neqz taliter stellis cōuenit luminosis que sunt planete: quoniam eozum motus mutatur circa circulum signozum: aliquādo nāqz sunt in linea signozum: ⁊ aliquando extra ipsam. Sunt ⁊ aliquando pro pinqui terre: aliquando longinqui ab ipsa. Suntqz aliquando recte cūrei aliquando retrogradi. Sunt ⁊ dextri aliquando: ⁊ interdum sinistri. Et aliquādo vnus alij coniungitur: ⁊ aliquando separatur. Et totū hoc eristit eo q̄ sunt in gradu inferiozi. ¶ Et luna sola est gradus inferioz circa locuz mediū: qñ lume multi insiant motus: mutatur enim sm longum ⁊ latum. ¶ Contingunt ⁊ iterum sibi casus qui alijs non contingunt planetis: quoniā lumen ipsius crescit ⁊ minuitur: ⁊ aliquando deficit. Et iterum eclipsatur terre vmbra: sed solī nō similiter est eclipsis: quia sol ipse minime eclipsabitur imobilis: sed luna ipsum mutat ab oculis visione: ⁊ planete infra lunam existentes mutantur: neqz permanet hora vna in eodez puncto in seipsis. Et ideo neqz in eoꝝ cogitationibus: neqz in ipsoꝝ operibus: neqz in ipsoꝝ maneriebus propter motū: motuum istoꝝ planetaruꝝ: ⁊ illi sunt in gradu inferiozi: quo nullus est ipso inferioz. At quia luna suo lumine ꝑportionatur vasallo cuius augetur potētia ⁊ deinde minoratur: ideo rem omnē denotat in principio cogitationis: ⁊ operatione: ac natiuitate. Et solis potēta operatione eristit: quia causat frigus ⁊ calorem: estatem atqz hyemē: dies ⁊ noctes. Et cum fuerit in domo sui honoris qđ signum est ar. cuius causa est: quoniam hoc est signuz in quo incipit nostrio regionibus appropinquare: ⁊ tunc pullulant arbozes ⁊ gaudent viuentia: ⁊ itez morbi sanantur: ⁊ quando est in principio meridiei quod est libra virunt folia: ⁊ aggrauantur gentes: ac morbi augmentantur. Et itidem aliud: quoniam in plurib⁹ infirmoꝝ infirmitates ipsoꝝ alleuiantur a media nocte vsqz ad medium diei: quoniam sol ascendit

in medietate sphere: ⁊ econtrario est res quando descendit. Et iterum qui consi derant in ventre cognoscūt in bijs que sunt exti redditum solis ad locum co/ gnitum circa circulum signorum. ¶ Et itidem lune multe insunt opationes q̄s perpenderūt in maribus: ripariis: atq3 in pallulatiōibus quoꝝ humiditas est magna: sicut cucurbite ⁊ medulle ossiuꝫ humanorum: ac omnium viuentium: ⁊ omne semen seminatuꝫ. Et quādo lune lumen deficiens est non crescunt vt est rectum. ¶ Et piscatores consenserunt sm ipsorum opus: ⁊ magistri signorum experti sunt eorum multa sicut in eoruꝫ libris scriptum est.

¶ Capitulū in causa diuer sitatis crisis in diebus.

DOctus quidem in medea quesꝫ uit scire causam crisis morbōrū: quare fit in. 7. die: aut in. 14. vel. 20. aut. 21. vel. 27. vel. 28. neq3 potuit in uenire illam nisi per motum lune sicut manifestabo. Et nō applices cor tuū vt verbo falsorum dicentium ꝑ contingere propter par ⁊ impar: dies enim. 14. est par. ⁊. 20. similiter. Et itidē dici quar te inest crisis ⁊ radix crisis. ¶ In septi/ ma quidez quando luna fuerit in quar to aspectu a suo loco a principio morbi Et in die 14. i aspectu oppositō. Et. 20. aut. 21. i aspectu q̄rto. 2 / Et. 27. ⁊ 28. reuertetur ad locū in quē fuit. ¶ Dies quoq3 quarta similitudinem habet cri/ sis: q: est medietas aspectus in circulo lune. Et similiter natura: ⁊. 17. ⁊. 25 / Et sciendus ē motus lune variari: quoniaꝫ centruꝫ circuli sui distat a centro terre: ⁊ iterū ꝓpter motū epicicli. Aliquo enī die luna. 15. mouet grad. ⁊ aliquando min⁹. 12. ¶ ☽ si luna fuerit cursu ve lox attinget ad quartum post. 6. dies a principio morbi in quo iacuit in lecto vsq3 ad talem punctū: ⁊ sic deficit dies vna. Et a mane diei dūice vsq3 ad ma/ ne alterius sunt. 7. dies perfecti. Si aūt luna fuerit tarda non attinget ad quar/ tum nisi vsq3 ad. 8. integros: ⁊ ꝓpe diē medium. Et hoc erit sm computatiōez cuiuslibet hominis die. 9. tūc luna qui/ dem attinget ad suum quartum: ⁊ ideo plures dixerunt diem nonum esse creti cum. Et si luna fuerit in eius motu me/ dio attinget ad quartuꝫ ante. 7. dies in/ tegros circa. 5. horas. Et fiet vt contin/ gat opinio in. 14. Si si fuerit velox val de fiet in. 13. ⁊ hoc non ꝓtingit nisi pa/ rum. Et ita propter motum mediuꝫ fiet vt sit dies crisis. 20. aut. 21. Et sic est ra/ tio. 27. vel. 28. Qñ luna perficit circu/ lum suum in. 27. diebus: ⁊. 8. horis ei⁹ cursu medio. Est ⁊ aliquando dies creti ca. 5. dies quādo luna fuerit in aspectu sexto a suo loco primo in quo fuit in ꝑn cipio morbi. In die quidē vndecia erit aliquando luna in aspectu tertio si fue rit luna tarda cursu. Erit ⁊ iteruꝫ in no/ na si fuerit velox. Et viam tibi ostēdaꝫ per quam perpendere poteris si erit cri sis infirmi in diebus predictis aut non.

¶ Capitulum in quo mo/ uet quasdam questiones cir ca materiam diei cretice.

SI quis querat: iam caret omni/ no crisi dominus. 3. diei Respō/ dē. quoniam luna non remouet natu/ ram morbi: sed eam adauget aut minu/ it sm fortitudinem. ☽ si itidem dicat: si crises subiiciuntur motui lune: ⁊ secun/ dum aspectum stellarum seruientium ⁊ secundū stellas circulo altioꝛes: quare ergo si duo vna egrotauerit hora: vnus non creticabit vt alter. Respondō. for/ titudinem operantis mutari ꝓpter mu/

tationem fortitudinis recipientis. Sol nāq; parvum dealbat: ⁊ denigrat faciem lauantis ipsum. Et ideo si vnus infirmorum fuerit puer: eius erit complexio calida ⁊ humida: ⁊ si secūdus erit iuuenis aut senex: propter hoc quidē crisis variatur. Et itidem dies adaugent: quoniā si primū tempus fuerit plus nocebit puero q̄ seni. Et iterum si luna in principio morbi fuerit cum marte: cuius natura est calida ⁊ sicca: ⁊ cum receptione sue fortitudinis: ⁊ morbus vnius sit ex caliditate: tunc eius fortificabit morbus. Si autem morbus propter frigiditatem existat non nocebit in tantum.

¶ Q. si redicat annos morboū equari ⁊ eorum infirmitates propter caliditatem. ℜespon. variari propter complexionem corporum illorum: vnus enim erit naturaliter calidus. alter vero frigidus. ¶ Q. si iterum dicat complexionem amborum esse totaliter vnam. Respondeo. non fore possibile vt complexio vnius non sit a complexione alterius alia diminutione vel augmento. Scitum enim est esse modos cōplexionis in generali: particulariter tñ nō possunt duo homines inueniri equales in suis cōplexionibus ⁊ operibus atq; cogitatiōibus. Et si sustinemus dicere cōplexiones eorū equales: non tamen esse potest causa infirmitatis vnius sicut cā infirmitatis alterius: quoniam die post diem res mutantes aggregant. Scitū q; est iterum per scientiaz signorum q̄ omnis morbus occurrens homini fitq; luna in loco sa. vel martis: aut stella solis fuerit in cōmixtione infortunata in nati. ifirmi indurabit in eo morbus. ⁊ fz vim viti locorum similiter est aspectū primo. Et econtrario si luna fuerit in loco iouis aut ve. Et potest bene cōtingere q̄ iupiter aut ve. nocebunt: si fuerint in nati. in domibus infortunatis: sicut est sexta: octaua ⁊ duodecima. ¶ Amplius quidem potest contingere q̄ vni dominatur luna: ⁊ in nati. secundi non habet potestatem: q; extiterit sub sole: aut signum ascen. in eius nati. fuerit leo vel aquar. aut extiterit luna circa saturn. ⁊ fuerit principator in nati. principans vnius infirmi: ipsum non vt alterum ledet. ¶ Et ista verba carent omnino inde secunda. Rursus potest contingere: vt luna in nati. vnius sit in aspectu mali cum sa. sed in nati. alterius non similiter: tuncq; sa. vnum ⁊ non alterum ledet. ¶ Q̄ si dicatur si verbum ℔ verū existit: tunc nescies vere crises nisi noscas nati. Dicēdū vim viti scientie astrorum duobus cē modis: vnus est cōmunitatis via: sicut ve. figit mal. ⁊ mercu. sapientiā: ⁊ particulare vniuersale non corruit. Si enim inuenerimus ve. in loco malo. ⁊ si dominus. 7. fit in loco bono: nocumentum tamen ei occurret mulierum parte: quātus aliquādo bonarum malū ex parte contingat. Et similiter in electionibus. ¶ Luna quoq; principatur cōmunitatis tramite principio infirmitatis cuiuslibet. Et veritas est q̄ si sciuerimus nat. infirmi vt particularia sciamus. tunc nāq; esse magis erit i puncto. Et homo quidē curat morbos cōmunitatis via: quoniam conueniens fm veritatem: scimus enim medicus pulsum infirmi quando fuit sanus ⁊ ipsius accidentia: atq; plures modorum eius.

LUna si fuerit in aspectu. 4ᵃ a suo loco in principio morbi: aut oppositu: aut in domo sua: aut in domo sui benoris: ℔ medium signum est bonum. ⁊ si nulli planete coniungatur: aut aspiciat illum. Et solis modus talis erit. morbus si lōgus fuerit: et econtrario si fuerit in domo sui vedcoris. aut

in domo sue domus opposita. Et similiter de luna.

SI fuerit luna in principio infirmitatis sine planete aspectu. ⁊ in die crisis similiter sint: neq; bonũ neq; malum hic denotat. Et est querendũ vt sciamus esse infirmitatis a signo ascendente hora infirmitatis sue. nam si fuerit luna in eius principio sine aspectu: ⁊ in die cretica cum fortuna aut malus aspiciat: renouabitur super infirmũ bonum aut malum fm naturam planete: non primus corde apprehensum. Q. si luna fuerit in principio morbi in aspectu planete aut coniunctione simul et in die non similiter est cretica: infirmo accidet vt non sit crisis in die scita. Et si in eius principio: ⁊ quando fuit in aspectu sui loci habeat aspectũ planete: tũc iudicabis veritatis iudicium bonuz vel malum fm aspectum quem declarabo. ☾Si luna fuerit in vno angulorum: signum ascendens in principio infirmitatis significabit veritatem in bono aut malo. Q. si fuerit in suppositis nõ laudatis. 1. scõa ⁊ 8ª. cum signo ascen. hic malum portendit. Et si fuerit in aliis hic bonum denotat. Q. si fuerit in cadentibus testificatio lune minime per se est firma nisi cum signo ascen. ☾Si luna eclipsata fuerit terre vmbra: quando est in. 4°. sui loci in principio infirmitatis aut opposito: ♄ signum est malum fm eclipsationem. Et similis solis est manries si fuerit eclipsatus sua eclipsis prolongabit egritudinem. Si luna fuerit in principio infirmitatis in aspectu planete existentis sub solis luce: non iudices nisi ac si aspectus non esset omnino aliquis. Et similiter in diebus crisis: nisi sa. aut iupiter fuerint orientales. i. ante solem ascendẽtes. Sintq; inter eos. 6. gradus aut plus: testimonium enim vi/ midium habent. Quod si inter martem ⁊ solem minus fuerit. 10. gradus: est q; orientalis eius testimonium est malum ⁊ plus ♄ vsq; ad. 15. est dimidium hoc testimoniuz. ⁊ mar. sa. ⁊ io. post. 15. ipsorum verum est testimonium orientales cum fuerint. Quod si bij. 3. occidentales fuerint. i. post solem accumbentes ⁊ inter ipsos ⁊ illum sint. 15. gra. ipsoꝝ pranum est testimonium. In ve. vero ⁊ mercu. respice: si fuerint orientales gradibus pauloribus. 15. testimoniũ malum est eorũ. Q. si ve. fuerit occidentalis: ⁊ inter eam ⁊ solem. 10. gra. ♄ medium est testimonium. Et si latitudinem habuerit. sitq; sinistra testimonium est firmum. Et si inter mercu. ⁊ solem. 12. fuerint grad. eius medium est testimonium. Sicq; sinistra sit latitudo firmũ est testimonium.

RESpiciendum quidem est: quando luna attinget ad gra. proportionatum longitudine gradũ sui loci. Et longitudinis ratio est alia cõiunctionis circulorum: ⁊ iterum abq; meridiei ⁊ fine septentrionis: sicut. 10. gra. piscis proportionantur. 20. arie. ⁊ caput virginis cum fine arie. Et. 6. capricor. simul cum. 24. gemini in gradibus proportionatis in mutatione diei ⁊ noctis: sicut. 20. sagita. cum. 10. cancri. Et si luna fuerit in aspectu fortunato vel malo quando fuerit in gradibus ꝓportionatis: tũc innouabitur super infirmum res minime medici corde putata. Si signum ascẽdens in pũcipio morbi fuerit caput arietis: etiam libra: ⁊ luna sit in vno angulorũ crisis erit certa sine suspitione: quando attinget luna ad. 4ᵐ. vel oppsitũ. Si si ascendens signum fuerit valde longuz sicut est finis meridiei vel septentrionis: crisis tunc non erit vera nisi in omni loco vbi sua est parua latitudo: tamẽ

oppositum rectum erit. Et iterum terminus reuersionis ad eius locum. ¶ Super hoc quoq; dicit ptolemeus: q̄ aspectus quarti si fuerint in signis brevibus cum ascendunt in locum cuius latitudo est magna erunt aspectus sexti: ꝛ rectus ḃz. Si fuerit in signis longis erunt q̄rti sicut trini: ꝛ econtrario. Quoniam aspectus. 6. in signis longis erunt vt. 4'. ꝛ 4'. vt trini. Si luna in principio morbi fuerit in signo mobili significat festinationem in rebus morbi: in bono aut malo si firis elōgabit (firmitatē) cōib⁹ āt mutabit de infirmitate in infirmitatem.

